Journal

für die

reine und angewandte Mathematik.

In zwanglosen Heften.

GENERAL LIBRARY University of MICHIGAN

Herausgegeben

von

A. L. Crelle.

Mit thätiger Beförderung hoher Königlich-Preufsischer Behörden.

Vierzehnter Band,

in vier Heften.

Mit drei Kupfertafeln.

Berlin, 1835.

Bei G. Reimer.

Et se trouve à Paris chez Mr. Bachelier (successeur de Mme Ve Courcier), Libraire pour les Mathématiques etc. Quai des Augustins No. 55.

Inhaltsverzeichnifs
des vierzehnten Bandes, nach den Gegenständen.

Reine Mathematik.

1. Analysis.

Nr. der Abhandlung.		Heft.	Seite.
1.	De functionum ellipticarum multiplicatione et transformatione, quae ad numerum parem pertinet, Commentatio. Auct. *Joan. Theoph. Sanio*, prof. math. Regiomontano.	I.	1
2.	Dato systemate n aequationum linearium inter n incognitas, valores incognitarum per integralia definita $(n-1)$tuplicia exhibentur. Scr. *C. G. J. Jacobi*, prof. ord. math. Regiom.	I.	51
4.	Über den Steinerschen Satz von den Primzahlen im vierten Hefte des 13ten Bandes dieses Journals. Von Demselben.	I.	64
7.	Beweis dreier Lehrsätze, mitgetheilt von Steiner, Bd. 13. S. 361 und 362, nebst zwei anderen Aufgaben. Von dem Herrn Dr. *Stern*, zu Göttingen.	I.	76
12.	Über unendlich verschiedene Entwickelungen der Potenzen der Cosinus und Sinus. Von Herrn Dr. *E. E. Kummer* zu Liegnitz.	II.	110
13.	Über die Integration der Differentialgleichungen von der Form $dz = Hdx+Kdy+Ldp+Mdq+Ndr+$ etc. Von Herrn *Joseph L. Raabe*, Prof. der Math. zu Zürich.	II.	123
14.	Integralia elliptica tertiae speciei reducendi methodus simplicior, quae simul ad ipsorum applicationem facillimam et computum numericum expeditum perducit. Sectionum conico-sphaericarum quadratura et rectificatio. Auct. Dr. *Chr. Gudermann*, prof. math. Monast. Guestph. . .	II.	169
16.	Continuatio hujus Dissert.	III.	185
15.	Methodus nova et simplex computandi valores integralium $\int_0^{\varphi} P\partial\varphi$, et iteratorum $\iint P\partial\varphi^2$, $\iiint P\partial\varphi^3$ etc., in quibus P est functio qualiscunque quantitatis $\sin\varphi$ sive $\cos\varphi$ per series rapide convergentes. Eodem auct.	II.	182
17.	Über das Rationalmachen algebraischer Gleichungen. Von Herrn Prof. Dr. *Förstemann* zu Danzig.	III.	236
18.	Summenrechnung der durch einfache Functionen erzeugten Reihen. Von dem Herrn Prof. *Oettinger* zu Heidelberg. (Fortsetzung von No. 6. und 14. Band XI., No. 24. Band XII., und No. 22., 23. und 24. Band XIII.) .	III.	262
23.	Fortsetzung dieser Abhandlung.	IV.	330
19.	De compositione numerorum e cubis integris positivis. Auctore *Zornow*, in Gymnasio Kneiphofiano Regiomontano magistro superiore. . . .	III.	276
20.	Theoremata nova algebraica circa systema duarum aequationum, inter duas variabiles propositarum. Auctore *C. G. J. Jacobi*, prof. ord. math. Regiom.	IV.	281
22.	Über die Auflösung der numerischen Gleichungen mit Einer Unbekannten. Von Herrn Dr. *Dirksen*, Prof. ord. an der Universität zu Berlin. (Ein Auszug aus einer, am 7. Mai d. J. in der Königl. Akademie der Wissenschaften gehaltenen Vorlesung.)	IV.	316

Nr. der Abhandlung. Heft. Seite.

2. Geometrie.

3. Zur Theorie der Curven. Von Herrn *C. G. J. Jacobi*, Prof. ord. an der Universität zu Königsberg in Pr. . . . . I. 56
5. Zur Theorie des Kreises. . . . . I. 66
6. Von der Lage der Ebenen und Linien im Raume. Von Herrn Prof. *Koppe* zu Soest in Westphalen. . . . . I. 70
8. Einfache Construction der Tangente an die allgemeine Lemniscate. Von dem Herrn Prof. Dr. *Steiner* zu Berlin. . . . . I. 80
9. Beiträge zur Discussion des Eulerschen Lehrsatzes von Polyëdern, in Beziehung auf die neulich bemerkten Ausnahmen desselben. Von Herrn *L. C. Schulz v. Strasznicki*, o. ö. Prof. der Mathematik am k. k. Lyceum zu Laibach. . . . . II. 83
11. Nova curvas investigandi methodus. Auct. Dr. *A. Tellkampf*, prof. in Gymn. Hammonensi. . . . . II. 93

3. Mechanik.

21. Untersuchung betreffend die Frage nach einem Mittelpuncte nicht paralleler Kräfte. Von Dr. *Ferd. Minding* zu Berlin. . . . . IV. 289

Aufgaben und Lehrsätze.

10. Lehrsätze und Aufgaben, erstere zu beweisen, letztere aufzulösen. Vom Herrn Prof. Dr. *Steiner*. . . . . I. 88

Druckfehler-Verzeichnifs. . . . . IV. 380

1.

De functionum ellipticarum multiplicatione et transformatione, quae ad numerum parem pertinet, commentatio.

(Auct. *Joan. Theoph. Sanio*, prof. math. Regiomontano.)

Introductio.

Abel et *Jacobi*, viri clarissimi, qui functionum, quae ab ill^mo *Legendre* ellipticae appellatae sunt, theoriam novis fundamentis superstruxerunt, formulas generales de transformatione et multiplicatione, quae ad numerum imparem quemcunque pertinet (vid. *Jacobi* Fundam. n. pag. 18), jam diu proposuerunt; formulas vero ad casum, quo numerus ordinis par est, pertinentes, etsi non prorsus silentio praeterierunt, tamen, quum intelligerent, eas ex transformatione secundi ordinis, quoties oporteat, repetita et transformationibus imparis ordinis componi posse, non accuratius prosecuti sunt. Quum autem formulae, illi casui accommodatae, multa quidem ratione formulis ab illis viris cll. datis similes, tamen multa alia propria habeant, eas eruere operae pretium visum est. Quamquam deinde Cl. *Ivory*, Anglicus geometra, formulas transformationis et imparis et paris ordinis primarias deduxit, atque demonstravit (vid. „*Philosophical transactions*" anni 1831 pag. 350), tamen, quum quaestionem tantum ad transformationes reales restrinxerit, nonnulla non satis illustraverit (ex. gr. cur functio $\left[1-\sin^2 \mathrm{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right)\right]$ quadratum completum sit) atque multa transformationis ad parem ordinem pertinentis propria non commemoraverit, hoc scriptum edere, haud prosus inutile nobis visum est.

Significationes et formulas, quas e Cl^i *Jacobi* scriptis notas supponimus, hic breviter in conspectum ponere placet.

Si integrale ellipticum primae speciei

$$\int_0^{\varphi} \frac{\partial \varphi}{\sqrt{(1-\varkappa^2 \sin^2 \varphi)}} = u$$

ponimus, angulus φ, qui pendet ab ipso u et modulo $\varkappa$, amplitudo ipsius u nominatur, seu brevius scribitur: $\mathrm{am}(u, \varkappa)$, ita ut sit:

$$\sin\varphi = \sin\mathrm{am}(u, \varkappa)$$
$$\sqrt{(1-\sin^2\varphi)} = \cos\mathrm{am}(u, \varkappa).$$

Ipsum u argumentum dicitur harum functionum $\sin\mathrm{am}(u, \varkappa)$, $\cos\mathrm{am}(u, \varkappa)$ etc., quas Cl. *Jacobi* ellipticas appellavit, ita ut, posito $\sin\mathrm{am}(u, \varkappa) = x$, sit

$$u = \mathrm{arg.}\sin\mathrm{am}\, x.$$

Modulus, a quo pendet amplitudo, sive uncis inclusus, ut antea, addetur, sive in margine adjicietur; quum vero in seqq. nullus additus erit, modulum $\varkappa$ mente suppleas.

Porro, si expressionem

$$\sqrt{(1-\varkappa^2\sin^2\varphi)} = \frac{\partial(\mathrm{am}\, u)}{\partial u}$$

signo $\Delta\,\mathrm{am}\, u$ designamus, invenitur:

1. $\dfrac{\partial.\sin\mathrm{am}\, u}{\partial u} = \cos\mathrm{am}\, u\,\Delta\,\mathrm{am}\, u,$

2. $\dfrac{\partial.\cos\mathrm{am}\, u}{\partial u} = -\sin\mathrm{am}\, u\,\Delta\,\mathrm{am}\, u,$

3. $\dfrac{\partial(\Delta\,\mathrm{am}\, u)}{\partial u} = -\varkappa^2\sin\mathrm{am}\, u\cos\mathrm{am}\, u.$

Integrale

$$\int_0^{\frac{\pi}{2}} \frac{\partial\varphi}{\sqrt{(1-\varkappa^2\sin^2\varphi)}} = k$$

ponatur, atque eadem functio, quae ad moduli, quod dicitur, complementum $\varkappa' = \sqrt{(1-\varkappa\varkappa)}$ pertinet,

$$\int_0^{\frac{\pi}{2}} \frac{\partial x}{\sqrt{(1-\varkappa'\varkappa'\sin^2\varphi)}} = k'.$$

Cum Cl^mo *Jacobi* deinde $(k-u)$ vocabimus complementum ipsius u, atque complementi amplitudinem brevius $\mathrm{coam}\, u$ scribemus, ita ut sit:

$$\mathrm{am}(k-u) = \mathrm{coam}\, u.$$

Ex qua significatione manant formulae (*Jac.* fund. pag. 31):

4. $\sin\mathrm{coam}\, u = \dfrac{\cos\mathrm{am}\, u}{\Delta\,\mathrm{am}\, u},$ 5. $\cos\mathrm{coam}\, u = \dfrac{\varkappa'\sin\mathrm{am}\, u}{\Delta\,\mathrm{am}\, u},$

6. $\Delta\,\mathrm{coam}\, u = \dfrac{\varkappa'}{\Delta\,\mathrm{am}\, u},$ 7. $\mathrm{tang}\,\mathrm{coam}\, u = \dfrac{1}{\varkappa'\,\mathrm{tang}\,\mathrm{am}\, u},$

Substitutione facta $\sin\varphi = i\,\mathrm{tang}\,\psi$, ubi $i = \sqrt{-1}$, facile reperies:

$$\int_0^{\varphi} \frac{\partial\varphi}{\sqrt{(1-\varkappa^2\sin^2\varphi)}} = i\int_0^{\varphi} \frac{\partial\psi}{\sqrt{(1-\varkappa'\varkappa'\sin^2\psi)}}$$

unde fluit, si ponitur $\psi = \mathrm{am}(u.\varkappa')$

$$\varphi = \mathrm{am}(iu, \varkappa);$$

ergo

8. $\sin\mathrm{am}\, iu = i\,\mathrm{tang\,am}(u, \varkappa')$;

9. $\mathrm{tang\,am}\, iu = i\sin\mathrm{am}(u, \varkappa')$;

10. $\cos\mathrm{am}\, iu = \frac{1}{\cos\mathrm{am}(u, \varkappa')}$;

11. $\Delta\,\mathrm{am}\, iu = \frac{1}{\sin\mathrm{coam}(u, \varkappa')}$;

12. $\sin\mathrm{coam}\, iu = \frac{1}{\Delta\,\mathrm{am}(u, \varkappa')}$;

13. $\mathrm{tang\,coam}\, iu = \frac{-i}{\varkappa'\sin\mathrm{am}(u, \varkappa')}$;

14. $\sin\mathrm{am}(u + ik') = \frac{1}{\varkappa\sin\mathrm{am}\, u}$; $\sin\mathrm{am}\, ik' = \pm i.\infty$;

15. $\cos\mathrm{am}(u + ik') = \frac{-i\varkappa'}{\varkappa\cos\mathrm{coam}\, u}$;

16. $\Delta\,\mathrm{am}(u + ik') = -i\cot\mathrm{am}\, u$;

17. $\mathrm{tang\,am}(u + ik') = \frac{i}{\Delta\,\mathrm{am}\, u}$;

18. $\sin\mathrm{coam}(u + ik') = \frac{1}{\varkappa\sin\mathrm{coam}\, u}$;

et aliae.

Functiones ellipticae sunt dupliciter periodicae, i. e. non mutantur

I. $\sin\mathrm{am}\, u$ et $\sin\mathrm{coam}\, u$, si augeatur argumentum u quantitate $4k$ vel $2ik'$.

II. $\cos\mathrm{am}\, u$ et $\cos\mathrm{coam}\, u$, - - - - - - - - - - $4k$ - $2k + 2ik'$,

III. $\Delta\,\mathrm{am}\, u$ et $\Delta\,\mathrm{coam}\, u$, $\mathrm{tang\,am}\, u$ et $\mathrm{tang\,coam}\, u$ - - - - - - - - - - $2k$ - $4ik'$.

Quantitates $4k$ et $2ik'$ vel potius k et ik', et generalius $\omega = ak + bik'$, $i\omega' = ck + dik'$, ubi a, b, c, d numeri sunt integri, indices periodi functionis $\sin\mathrm{am}\, u$ appellabimus, si quidem $\sin\mathrm{am}\, u$, argumento u mutato in $u + 2\omega$ vel $u + 2i\omega'$, aut omnino aut quantitate non mutatur. E binis indicibus periodi permulti alii deduci possunt; nam e formulis

$$\sin\mathrm{am}(u + 2\omega) = \sin\mathrm{am}\, u, \qquad \sin\mathrm{am}(u + 2i\omega') = \sin\mathrm{am}\, u$$

sequitur $\sin\mathrm{am}(u + 2p\omega + 2p'i\omega') = \sin\mathrm{am}\, u$, ubi p et p' numeri integri quilibet sunt. Si vero inter numeros a, c, e, d, relatio valet: $ad - bc = \pm 1$, indices ω et $i\omega'$ conjugatos vocabimus, e quibus ambobus indices reliqui omnes componi possint.

Formulae *Eulerianae* de functionum ellipticarum additione fundamentales sunt:

19. $\sin\mathrm{am}(u \pm v) = \frac{\sin\mathrm{am}\, u\cos\mathrm{am}\, v\,\Delta\,\mathrm{am}\, v \pm \cos\mathrm{am}\, u\,\Delta\,\mathrm{am}\, u\sin\mathrm{am}\, v}{1 - \varkappa^2\sin^2\mathrm{am}\, u.\sin^2\mathrm{am}\, v.}$,

20. $$\cos\mathrm{am}(u\pm v) = \frac{\cos\mathrm{am}\,u\cos\mathrm{am}\,v \pm \sin\mathrm{am}\,u\sin\mathrm{am}\,v\,\Delta\mathrm{am}\,u\,\Delta\mathrm{am}\,v}{1-\varkappa^2\sin^2\mathrm{am}\,u\sin^2\mathrm{am}\,v},$$

21. $$\Delta\mathrm{am}(u\pm v) = \frac{\Delta\mathrm{am}\,u\,\Delta\mathrm{am}\,v \pm \varkappa^2\sin\mathrm{am}\,u\sin\mathrm{am}\,v\cos\mathrm{am}\,u\cos\mathrm{am}\,v}{1-\varkappa^2\sin^2\mathrm{am}\,u\sin^2\mathrm{am}\,v},$$

unde fluunt multae aliae, (vid. Fund. pag. 32, 33) et hae (pag. 37)

22. $$-\frac{\sin\mathrm{am}(u+\alpha)\sin\mathrm{am}(u-\alpha)}{\sin^2\mathrm{am}\,\alpha} = \frac{1-\dfrac{\sin^2\mathrm{am}\,u}{\sin^2\mathrm{am}\,\alpha}}{1-\varkappa^2\sin^2\mathrm{am}\,u\sin^2\mathrm{am}\,\alpha},$$

23. $$\frac{[1\pm\varkappa\sin\mathrm{am}(u+\alpha)][1\pm\varkappa\sin\mathrm{am}(u-\alpha)]}{\Delta^2\mathrm{am}\,\alpha} = \frac{[1\pm\varkappa\sin\mathrm{am}\,u\sin\mathrm{coam}\,\alpha]^2}{1-\varkappa^2\sin^2\mathrm{am}\,u\sin^2\mathrm{am}\,\alpha},$$

24. $$\frac{[1-\varkappa^2\sin^2\mathrm{am}(u+\alpha)\sin^2\mathrm{am}\beta][1-\varkappa^2\sin^2\mathrm{am}(u-\alpha)\sin^2\mathrm{am}\,\beta]}{[1-\varkappa^2\sin^2\mathrm{am}\,u\sin^2\mathrm{am}(\alpha+\beta)][1-\varkappa^2\sin^2\mathrm{am}\,u\sin^2\mathrm{am}(\alpha-\beta)]} = \left(\frac{1-\varkappa^2\sin^2\mathrm{am}\,\alpha\sin^2\mathrm{am}\,\beta}{1-\varkappa^2\sin^2\mathrm{am}\,u\sin^2\mathrm{am}\,\alpha}\right)^2$$

[cf. *Jac.* Fund. §. 54. pag. 156. form. (5.)].

Si porro integrale ellipticum secundae speciei

$$\int_0^{\varphi}\sqrt{(1-\varkappa^2\sin^2\varphi)}.\partial\varphi = \int_0^{u}\Delta^2\mathrm{am}\,u\,.\,\partial u = E(u)$$

ponitur, invenire licet:

25. $$E(u+\alpha)+E(u-\alpha) = 2E(u) - \frac{2\varkappa^2\sin\mathrm{am}\,u\cos\mathrm{am}\,u\,\Delta\mathrm{am}\,u\sin^2\mathrm{am}\,\alpha}{1-\varkappa^2\sin^2\mathrm{am}\,u\sin^2\mathrm{am}\,\alpha},$$

[cf. *Jac.* Fund. pag. 138. Diar. *Crell.* vol. IV. tom. 4. pag. 376.],

26. $$E(u+\omega) = E(u)+E(\omega)-\varkappa^2\sin\mathrm{am}\,u\,\sin\mathrm{coam}\,u,$$

ubi $\omega = (2p+1)k+2p'ik'$, p et p' numeri integri quilibet. Integrale $\int_0^u E(u)\,\partial u$ appellatur $\log\Omega(u)$, sive

$$\Omega(u) = e^{\int_0^u E(u)\,du}, \text{ ubi } e = 2{,}71828\ldots.$$

et derivatur formula (vid. l. l. pag. 378)

27. $$\frac{\Omega(u+\alpha)\Omega(u-\alpha)}{\Omega^2(u)\Omega^2(\alpha)} = 1-\varkappa^2\sin^2\mathrm{am}\,u\,\sin^2\mathrm{am}\,\alpha.$$

Ab hac functione $\log\Omega(u)$ pendet integrale:

$$\Pi(u,\alpha,\varkappa) = \varkappa^2\sin\mathrm{am}\,\alpha\cos\mathrm{am}\,\alpha\,\Delta\mathrm{am}\,\alpha\int_0^u\frac{\sin^2\mathrm{am}\,u\,\partial u}{1-\varkappa^2\sin^2\mathrm{am}\,u\sin^2\mathrm{am}\,\alpha},$$

quod secundum eam, quam Cl. *Legendre* instituit, distributionem integralium ellipticorum ad speciem tertium pertinet; nam valet aequatio:

28. $$\Pi(u,a) = uE(a)+\tfrac{1}{2}\log\frac{\Omega(u-a)}{\Omega(u+a)}.$$

E functionum ellipticarum indole dupliciter periodica fluunt theoremata sequentia, quae, mutatis mutandis, jam a Cl^mo *Abel* partim demon-

strata, partim inde facile deducta, (in Diar. *Crell.* vol. II. pag. 112 seqq.; vol. IV. pag. 259. seqq.) sine demonstratione huc apponere satis habemus.

Quae et alia quo facilius signis exprimere possimus, in hac tota commentatiuncula literis p, p', q, q' numeros integros quoslibet et pares et impares, sed literis m et m' nihil nisi pares, μ et μ' nihil nisi impares numeros designabimus. His semel pronuntiatis, numerorum significationem singulis casibus repetamus non oportet.

Th. I. $\operatorname{sin\,am} u \pm \operatorname{sin\,am} a = 0$ si argumentum $u = \pm(-1)^p a + 2pk + 2p'ik'$,
$\operatorname{sin\,coam} u - \operatorname{sin\,coam} a = 0$ - - - $u = \pm a + 2mk + 2p'ik'$,
$\operatorname{sin\,coam} u + \operatorname{sin\,coam} a = 0$ - - - $u = \pm a + 2\mu k + 2pik'$.

II. $\operatorname{cos\,am} u - \operatorname{cos\,am} a = 0$ - - - $u = \pm a + 2(p+p')k + 2(p-p')ik'$,
$\operatorname{cos\,am} u + \operatorname{cos\,am} a = 0$ - - - $u = \pm a + 2pk + 2(p+u)ik'$,
$\operatorname{cos\,coam} u \pm \operatorname{cos\,coam} a = 0$ - - - $u = \pm(-1)^{p+p'} a + 2pk + 2p'ik'$.

III. $\left.\begin{matrix}\Delta\operatorname{am} u - \Delta\operatorname{am} a = 0\\ \Delta\operatorname{coam} u - \Delta\operatorname{coam} a = 0\end{matrix}\right\}$ - - - $u = \pm a + 2pk + 2mik'$,
$\left.\begin{matrix}\Delta\operatorname{am} u + \Delta\operatorname{coam} a = 0\\ a\operatorname{coam} u + \Delta\operatorname{coam} a = 0\end{matrix}\right\}$ - - - $u = \pm a + 2pk + 2\mu ik'$.

IV. $\operatorname{tang\,am} u \mp \operatorname{tang\,am} a = 0$ - - - $u = \pm(-1)^p a + 2pk + 2p'ik'$.

V. $\operatorname{sin\,am}(2pk + \mu ik') = \infty$ vel $= \pm i \cdot \infty$
$\operatorname{cos\,am}(2pk + \mu ik') = \infty$
$\Delta\operatorname{am}(2pk + \mu ik') = \infty$.

Ubi his in aequationibus sinistra parte singulum signum positum est, in valore argumenti u ambo signa posita simul valent: ubi vero et sinistra et dextra parte signa dupla inveniuntur, signum superius sinitra etiam in valore argumenti u superiori, inferius inferiori respondet.

Neque inveniri possunt ulli alii valores argumenti u, qui substituti aequationibus illis satisfaciant.

§. 1.

De functionum elllipticarum multiplicatione, quae ad numerum parem pertinet.

His adjuvantibus theorematis, functiones ellipticae sive functiones trigonometricae amplitudinis, quarum argumentum numero n pari multiplicatum est, eisdem argumenti simplicis functionibus facile exprimuntur. Sed antea demonstrandum est theorema, quo forma functionum inquirendarum constituitur.

Theorema VI. Si ponitur $\operatorname{sinam} u = x$, $\operatorname{sinam} nu = x_n$, atque n numerus quicunque integer par est, functiones x_n, $\sqrt{(1-x_n^2)}$, $\sqrt{(1-x^2x_n^2)}$ rep. formam induunt:

1. $\frac{x\sqrt{(1-xx)}\sqrt{(1-\varkappa^2x^2)}\,U_{nn-4}}{V_{nn}}$, 2. $\frac{U'_{nn}}{V_{nn}}$, 3. $\frac{U''_{nn}}{V_{nn}}$,

si autem n est numerus quicunque impar, eaedem functiones resp. formam accipiunt:

1. $\frac{x\,U_{nn-1}}{V_{nn-1}}$, 2. $\sqrt{(1-xx)}\frac{U'_{nn-1}}{V_{nn-1}}$, 3. $\sqrt{(1-\varkappa^2x^2)}\frac{U''_{nn-1}}{V_{nn-1}}$

ubi U, U', U'', V significant functiones elementi x integras rationales pares, singulas ejus ordinis, qui numeris appositis indicatur [v. *Abel* in Diar. *Crell.* vol. IV. pg. 258].

Nam ponamus

$$\sin\mathrm{am}\,p\,u = x_p = \frac{A_p}{D_p},\quad \sqrt{(1-x_p^2)} = \frac{B_p}{D_p},\quad \sqrt{(1-\varkappa^2x_p^2)} = \frac{C_p}{D_p},$$

ubi A_p, B_p, C_p, D_p significent functiones integras ipsius $x = \sin\mathrm{am}\,u$, ex theoremate *Euleriano* de functionum ellipticarum additione [vid. Introd. form. 18., 19., 20.] facile derivantur formulae sequentes:

$$x_{2p} = \frac{A_{2p}}{D_{2p}} = \frac{2A_p.B_p.C_p.D_p}{D_p^4-\varkappa^2A_p^4};\qquad \sqrt{(1-x_{2p}^2)} = \frac{B_{2p}}{D_{2p}} = \frac{B_p^2D_p^2-A_p^2C_p^2}{D_p^4-\varkappa^2A_p^4};$$

$$\sqrt{(1-\varkappa^2x_{2p}^2)} = \frac{C_{2p}}{D_{2p}} = \frac{C_p^2D_p^2-\varkappa^2A_p^2B_p^2}{D_p^4-\varkappa^2A_p^4}$$

atque e formula:

$$x_{p+q}.x_{p-q} = \frac{x_p^2-x_q^2}{1-\varkappa^2x_p^2.x_q^2},$$

$$x.x_{2p-1} = \frac{x.A_{2p-1}}{D_{2p-1}} = \frac{A_p^2D_{p-1}^2-D_p^2A_{p-1}^2}{D_p^2D_{p-1}^2-\varkappa^2A_p^2A_{p-1}^2},$$

$$\sqrt{(1-xx)}.\sqrt{(1-x_{2p-1}^2} = \sqrt{(1-xx)}.\frac{B_{2p-1}}{D_{2p-1}} = \frac{D_p^2.B_{p-1}^2-A_p^2.C_{p-1}^2}{D_p^2D_{p-1}^2-\varkappa^2A_p^2A_{p-1}^2},$$

$$\sqrt{(1-\varkappa^2x^2)}.\sqrt{(1-\varkappa^2x_{2p-1}^2)} = \sqrt{(1-\varkappa^2x^2)}.\frac{C_{2p-1}}{D_{2p-1}} = \frac{D_p^2C_{p-1}^2-\varkappa^2A_p^2B_{p-1}^2}{D_p^2D_{p-1}^2-\varkappa^2A_p^2A_{p-1}^2}.$$

Jam potest demonstrari, formas functionum argumenti et $(2p-1)u$ et $2pu$ propositas valere, si eaedem valeant resp. pro argumentis pu et $(p-1)u$, sive p numerus impar sive par est. Si enim ordines expressionum A_p, B_p, C_p, D_p, A_{p-1}, B_{p-1}, C_{p-1}, D_{p-1} computaveris, reperies casibus ambobus:

1. $A_{2p} = x\sqrt{(1-xx)}\sqrt{(1-\varkappa^2x^2)}\,U_{4pp-4}$, $D_{2p} = V_{4pp}$, $B_{2p} = U'_{4pp}$, $C_{2p} = U''_{4pp}$.

atque, posito brevitatis causa $(2p-1) = \mu$,

2. $A_\mu = x.U_{\mu\mu-1}$, $D_\mu = V_{\mu\mu-1}$, $B_\mu = \sqrt{(1-xx)}U'_{\mu\mu-1}$, $C_\mu = \sqrt{(1-\varkappa^2x^2)}U''_{\mu\mu-1}$.

Termini, in quibus potestas est summa ipsius x, evanescere non possunt; nam functiones D_p^4, $B_p^2D_p^2$, $C_p^2D_p^2$, si p numerus par est, ordinis majoris, si p impar, ordinis minoris reperiuntur, quam illae resp. $\varkappa^2A_p^4$, $A_p^2C_p^2$,

$\varkappa^2 A_p^2 B_p^2$; functiones item $D_p^2 A_{p-1}^2$, $D_p^2 B_{p-1}^2$, $D_p^2 C_{p-1}^2$ casu primo ordinis majoris, casu secundo ordinis minoris sunt quam functiones resp. $A_p^2 D_{p-1}^2$, $A_p^2 C_{p-1}^2$, $\varkappa^2 A_p^2 B_{p-1}^2$.

Restat, ut probemus, functiones A_{2p}, B_{2p}, C_{2p} cum ipsa D_{2p}, atque A_μ, B_μ, C_μ cum ipsa D_μ nullum habere factorem communem, si quidem A_p, B_p, C_p, D_p et A_{p-1}, B_{p-1}, C_{p-1}, D_{p-1} nullum habeant.

Jam ponamus, expressionibus $A_{2p} = 2 A_p B_p C_p D_p$ et $D_{2p} = D_p^4 - \varkappa^2 A_p^4$ esse factorem communem, eum in una vel altera functionum A_p, B_p, C_p, D_p contineri elucet. Sed fugere non potest, quem habeant $D_p^4 - \varkappa^2 A_p^4$ et A_p, aut $D_p^4 - \varkappa^2 A_p^4$ et D_p factorem communem, eundem esse ipsius A_p et D_p, quas nullum habere statuimus. E causis eisdem tum $D_{2p} = D_p^4 - \varkappa^2 (D_p^2 - B_p^2)^2$ et B_p, tum $D_{2p} = D_p^4 - \frac{1}{\varkappa^2}(D_p^2 - C_p^2)^2$ et C_p factorem communem habere nequeunt, quem eundem non habeant resp. aut D_p et B_p aut D_p et C_p. Itaque apparet, fractionem $\frac{A_{2p}}{D_{2p}}$, ergo etiam et $\frac{B_{2p}^2}{D_{2p}^2} = \frac{D_{2p}^2 - A_{2p}^2}{D_{2p}^2}$ et $\frac{C_{2p}^2}{D_{2p}^2} = \frac{D_{2p}^2 - \varkappa^2 A_{2p}^2}{D_{2p}^2}$ in expressiones simplicissimas redactas esse, si fractiones $\frac{A_p}{D_p}$, $\frac{B_p}{D_p}$, $\frac{C_p}{D_p}$ divisore communi careant.

Si porro in functione:

$$x \cdot x_{2p-1} = \frac{x A_{2p-1}}{D_{2p-1}} = \frac{A_p^2 D_{p-1}^2 - D_p^2 A_{p-1}^2}{D_p^2 D_{p-1}^2 - \varkappa^2 A_p^2 A_{p-1}^2}$$

numerator cum denominatore factorem haberet communem, hoc ipso factore $= 0$ posito, prodiret tales valor ipsius x, quali efficiantur

$$\text{et } A_p^2 D_{p-1}^2 - D_p^2 A_{p-1}^2 = 0 \quad \text{et } D_p^2 D_{p-1}^2 - \varkappa^2 A_p^2 A_{p-1}^2 = 0,$$

sive

$$x_p^2 = x_{p-1}^2 \quad \text{et} \quad 1 - \varkappa^2 x_p^2 x_{p-1}^2 = 0,$$

unde sequeretur $x_p^2 = \pm \frac{1}{\varkappa}$. Sed valent quoque formulae:

$$x_{2p-1} = \frac{x_p \cdot \sqrt{(1-x_{p-1}^2)} \cdot \sqrt{(1-\varkappa^2 x_{p-1}^2)} + x_{p-1} \cdot \sqrt{(1-x_p^2)} \cdot \sqrt{(1-\varkappa^2 x_p^2)}}{1 - \varkappa^2 x^4 x_p^2 \cdot x_{p-1}^2}$$

$$= \frac{x_p^2 - x_{p-1}^2}{x_p \sqrt{(1-x_{p-1}^2)} \cdot \sqrt{(1-\varkappa^2 x_{p-1}^2)} - x_{p-1} \cdot \sqrt{(1-x_p^2)} \cdot \sqrt{(1-\varkappa^2 x_p^2)}},$$

ergo, quia $x_p^2 = x_{p-1}^2$

$$x_p^2 (1-x_{p-1}^2)(1-\varkappa^2 x_{p-1}^2) = 0 = x_{p-1}^2 (1-x_p^2)(1-\varkappa^2 x_p^2),$$

quod est absurdum, quia ex hox valor $x_p^2 = \pm \frac{1}{\varkappa}$ sequi non potest. Functiones igitur A_{2p-1} et D_{2p-1}, ergo etiam $B_{2p-1}^2 = D_{2p-1}^2 - A_{2p-1}^2$ et $C_{2p-1}^2 = D_{2p-1}^2 - \varkappa^2 A_{2p-1}^2$ cum ipsa D_{2p-1}^2 factorem communem non habent.

Qum igitur formae expressionum $\sin\mathrm{am}\,2pu$, $\cos\mathrm{am}\,2pu$, $\Delta\mathrm{am}\,2pu$, $\sin\mathrm{am}(2p-1)u$, $\cos\mathrm{am}(2p-1)u$, $\Delta\mathrm{am}(2p-1)u$ propositae valeant, si eaedem valent pro functionibus argumenti pu et $(p-1)u$, atque functiones argumenti $2u$ et $3u$ ex theoremate *Euleriano* ejusdem formae reperiantur, illae formae propositae valent in universum, quicunque sunt numeri $2p$ et $2p-1$.

Secundum theorema I., posito $\sin\mathrm{am}\,u = x$, $\sin\mathrm{am}\,nu = y$, si n numerus integer par est, $y = 0$ fieri videmus omnibus casibus, quibus argumentum $nu = mk + m'ik'$, sive $u = \frac{mk+m'ik'}{n}$, ubi m, m' numeri sunt quicunque pares, valore 0 non excluso, et positivi et negativi; itaque y talem esse functionem ipsius x, qualis evanescat pro valoribus ipsius $x = \sin\mathrm{am}\frac{mk+m'ik'}{n}$. Ex quibus valoribus innumeris, quorum multi inter se aequales reperiuntur, illos solos eligamus, qui non signo solum contrario sed quantitate inter se discrepent. Itaque satis habemus, investigare ipsius x valores, in quibus m et m' numeri sunt positivi. Sed quia

$$x = \sin\mathrm{am}\frac{(2pn+m)k+(2p'n+m')ik'}{n} = (-1)^p \sin\mathrm{am}\frac{mk+m'ik'}{n};$$

pro quoque valore ipsius x, cujus argumentum numeros m et m' ipsi $2n$ aut aequales aut eo majores implicat, semper datur alius illi aut omnino aut quantitate aequalis, cui insunt numeri m et m' ipso $2n$ minores. Porro ex his aequationibus:

$$\sin\mathrm{am}\frac{(2n-m)k+(2n-m')ik'}{n} = \sin\mathrm{am}\frac{mk+m'ik'}{n};$$

$$\sin\mathrm{am}\frac{(2n-m)k+m'ik'}{n} = \sin\mathrm{am}\frac{mk+(2n-m')ik'}{n} = \sin\mathrm{am}\frac{mk-m'ik'}{n};$$

$$\sin\mathrm{am}\left(\frac{mk}{n}+ik'\right) = \sin\mathrm{am}\left(\frac{mk}{n}-ik'\right);$$

$$\sin\mathrm{am}\left(k+\frac{m'ik'}{n}\right) = \sin\mathrm{am}\left(k-\frac{m'ik'}{n}\right)$$

satis elucet, quoniam valores ipsius x tantummodo quantitate diversos eligimus, numeros m et m' ipsum n non superantes poni posse, dummodo, ubi est numerus $m = 2, 4, 6, \ldots n-2$, numero m' valores $0, \pm 2, \pm 4, \ldots \pm(n-2), +n$ aut $-n$, ubi vero $m = 0$ vel $m = n$, ipso m' valores tantum positivos tribuamus. Ex quibus $\frac{n^2}{2}+2$ valoribus ipsius x postquam eos quatuor, in quibus m et $m' = 0$ vel $= n$ inter se conjun-

guntur, rejecimus, reliquos $\frac{n^2-4}{2}$ omnes quantitate diversos esse contendimus. Nam ponamus, illorum valorum duos esse aequales:

$$\text{sin am}\frac{mk+m'ik'}{n} = \pm \text{sin am}\frac{m''k+m'''ik}{n},$$

quorum in argumentis m, m', m'', m''', numeri sunt pares ex illis enumeratis ipsum n non superantibus, ipsum $\frac{m''k+m'''ik'}{n}$ formam habere $\pm\frac{mk+m'ik'}{n}+2qk+2q'ik'$, sive

$$m''k+m'''ik' = \pm mk \pm m'ik'+2nqk+2nq'ik'$$

esse oportet.

Hinc sequitur, si quidem m et m'', m' et m''' inter se diversi sunt, ergo numeri q et q' meram cifram superant, numerorum $m''=\pm m+2nq$, $m'''=\pm m'+2nq'$ semper certe unum ipso n majorem esse debere, ut evadat $\text{sin am}\frac{mk+m'ik'}{n} = \pm \text{sin am}\frac{m''k+m'''ik'}{n}$; binos igitur valorum, quos enumeravi, esse quantitate diversos, nec signo solo discrepare.

Quum vero sit $y=\sqrt{(1-x^2)}.\sqrt{(1-\varkappa^2x^2)}.\frac{U_{nn-4}}{V_{nn}}$ functionem parem U_{nn-4} evanescere videmus pro eisdem ipsius x valoribus, quibus $y=0$ fit, nisi forte pro illis aut $x.\sqrt{(1-x^2)}.\sqrt{(1-\varkappa^2x^2)}$ evanescat, aut V_{nn} in infinitum abeat. Fit autem $x\sqrt{(1-xx)}\sqrt{(1-\varkappa^2xx)}=0$ pro ipso $x=\text{sin am}\frac{mk+m'ik'}{n}$, ubi $m=0$, $m'=0$, aut $m=\pm n$, $m'=0$, aut $m=n$, $m'=\pm n$; fit porro $V_{nn}=\infty$ pro $x=\infty$ sive pro $x=\text{sin am}\,ik'$, id est pro $m=0$, $m'=n$. Valores igitur quatuor supra rejecti factorem $\frac{x\sqrt{(1-xx)}\sqrt{(1-\varkappa^2xx)}}{V_{nn}}$ evanescentem reddunt; sed quum restant $\frac{n^2-4}{2}$ quantitate diversi, pro quibus U_{n-4} evanescere elucet, si illis signum et positivum et negativum tribuimus, invenimus functionem parem:

$$U_{nn-4} = A.\Pi\left(1-\frac{x^2}{\text{sin}^2\,\text{am}\frac{mk\pm m'ik'}{n}}\right)\text{*)}.$$

Numeris m, m' tribuuntur valores 0, 2, 4, ... $n-2$, n; valores tamen $m=\begin{cases}0\\n\end{cases}$, $m'=\begin{cases}0\\n\end{cases}$ inter se conjuncti excluduntur, atque ambo simul va-

*) Π et signum multiplicatorium, et postea Σ summatorium, saepius a Geometris usitata.

lent signa, nisi sit $m = 0$, vel $m = n$, vel $m' = n$. A est quantitas constans, quam e consideratione speciali determinare convenit.

Jam investigemus, quomodo functio V_{nn} exprimi possit. Quum autem sit $y = \frac{x\sqrt{(1-xx)}\sqrt{(1-\varkappa^2 x^2)}.U_{nn-4}}{V_{nn}}$, satis apparet, $y = \infty$ nullis fieri casibus, nisi quibus functio V_{nn} evanescat, ideoque fore, ut radices aequationis $V_{nn} = 0$ omnes cum iis ipsius x valoribus conveniant, quibus $y = \sin\mathrm{am}\, nu = \pm\infty$ efficiatur. Ex th. V. $\sin\mathrm{am}\, nu = \infty$ fit pro argumento $nu = mk + \mu ik'$, sive $u = \frac{mk+\mu ik'}{n}$, neque argumenta plura inveniri possunt, si m numerum quemque parem, μ imparem significat. Inde sequitur, functionem ipsius x, y, in infinitum abire pro omnibus valoribus ipsius $x = \sin\mathrm{am}\frac{mk+\mu ik'}{n}$. Quorum, si quidem nonnisi quantitate diversos eligimus, ex aequatione

$$\sin\mathrm{am}\frac{(2np+m)k+(2np'+\mu)ik'}{n} = (-1)^p \sin\mathrm{am}\frac{mk+\mu ik'}{n}$$

rejiciendus est quisque, in quo numeri m et μ ipsum $2n$ superant aut adaequant, atque adeo, quia

$$\sin\mathrm{am}\frac{(2n-m)k+(2n-\mu)ik'}{n} = \sin\mathrm{am}\frac{mk+\mu ik'}{n},$$

$$\sin\mathrm{am}\frac{(2n-m)k+\mu ik'}{n} = \sin\mathrm{am}\frac{mk-\mu ik'}{n},$$

$$\sin\mathrm{am}\frac{mk+(2n-\mu)ik'}{n} = \sin\mathrm{am}\frac{mk-\mu ik'}{n};$$

numeros m et μ ipsum n non superare, statuere licet, dummodo ipsi μ pro $m = 2, 4, 6, \ldots n-2$ valores et positivos et negativos ± 1, ± 3, $\pm 5, \ldots \pm(n-1)$, pro $m = 0$ et $m = n$ valores tantum positivi tribuamus. Quum vero restantes $\frac{nn}{2}$ valores ipsius x, pro quibus V_{nn} evanescit, omnino quantitate differre eodem, quam antea, modo facile probetur, neque plures diversi reperiantur; si tribuimus illis et signum positivum et negativum, invenimus functionem parem:

$$V_{nn} = \Pi\left(1 - \frac{xx}{\sin^2\mathrm{am}\frac{mk\pm\mu ik'}{n}}\right)$$

ubi numeris m et μ valores sunt antea enumerati. Constans non est adscripta, quod constans A, supra adjecta, ipsi functioni $y = \frac{x\sqrt{(1-xx)}\sqrt{(1-\varkappa^2 xx)}\,U_{nn-4}}{V_{nn}}$

apta determinabitur. Quum enim y formam habeat $Ax\frac{f(x^2)}{F(x^2)}$, facile invenitur differentiatione:

$$\frac{\partial y}{\partial x}=A\frac{f(x^2)}{F(x^2)}+\frac{2Ax^2}{F(x^2)}\cdot\frac{\partial f(x^2)}{\partial(x^2)}-\frac{2Ax^2f(x^2)}{F(x^2)F(x^2)}\cdot\frac{\partial F(x^2)}{\partial(x^2)}$$

et quia functiones $f(x^2)$ et $F(x^2)$ pro valore $x=0$ unitatem adaequant, functiones autem $\frac{\partial f(x^2)}{\partial(x^2)}$ et $\frac{\partial F(x^2)}{\partial(x^2)}$ in infinitum non abeunt, erit $A=\frac{\partial y}{\partial x}$, si, differentiatione facta, ipsa $x=0$ ponitur. Sed constat

$$\frac{\partial y}{\partial x}=\frac{n\sqrt{(1-yy)}\sqrt{(1-\varkappa^2yy)}}{\sqrt{(1-xx)}\sqrt{(1-\varkappa^2xx)}},$$

quia $\frac{\partial \sin\operatorname{am}u}{\partial u}=\cos\operatorname{am}u\,\Delta\operatorname{am}u$; ergo, quum functio y simul cum ipsa x evanescat, $A=n$.

Denominatori functionis y aliam formam induere licet; est enim secundum formulam (introd. 13.)

$$\sin\operatorname{am}(u\pm ik')=\frac{1}{\varkappa\sin\operatorname{am}u},$$

$$\Pi\left(1-\frac{x^2}{\sin^2\operatorname{am}\frac{\mu ik'}{n}}\right)=\Pi\left(1-\varkappa^2x^2\sin\operatorname{am}\frac{\mu ik'}{n}\right),$$

$$\Pi\left(1-\frac{x^2}{\sin^2\operatorname{am}\left(k+\frac{\mu ik'}{n}\right)}\right)=\Pi\left(1-\varkappa^2x^2\sin^2\operatorname{am}\left(k+\frac{\mu ik'}{n}\right)\right),$$

$$\Pi\left(1-\frac{x^2}{\sin^2\operatorname{am}\frac{mk\pm\mu ik'}{n}}\right)=\Pi\left(1-\varkappa^2x^2\sin^2\operatorname{am}\frac{mk\mp\mu ik'}{n}\right).$$

Quibus reductionibus adhibitis, evadit:

$$\text{I.}\quad y=\frac{n\varkappa\sqrt{(1-xx)}\sqrt{(1-\varkappa^2xx)}\,\Pi\left(1-\frac{x^2}{\sin^2\operatorname{am}\frac{mk\pm m'ik'}{n}}\right)}{\Pi\left(1-\varkappa^2x^2\sin^2\operatorname{am}\frac{mk\pm\mu ik'}{n}\right)}.$$

Numeri m et m' habent valores 0, 2, 4, 6, ... $n-2$, n, numerus μ vero 1, 3, 5, ... $n-1$; valores tamen $m=\begin{cases}0\\n\end{cases}$, $m'=\begin{cases}0\\n\end{cases}$ inter se conjungi nequeunt, atque valent ambo simul signa, nisi est $m=0$, aut $m=n$, aut $m'=n$.

Functionum deinde $\sqrt{(1-yy)}=\frac{U'_{nn}}{V_{nn}}$, $\sqrt{(1-\varkappa^2yy)}=\frac{U''_{nn}}{V_{nn}}$ numeratores solos erui opus est, quia denominator idem est V_{nn}.

Ex theor. II. pro $a = k$ sequitur, functionem $\sqrt{(1-yy)} = \cos\mathrm{am}\, nu$ evanescere pro valore argumenti $u = \frac{\mu k + m i k'}{n}$ sive pro $x = \sin\mathrm{am}\frac{\mu k + m i k'}{n}$, si numeris μ et m omnes, quos licet, valores tribuas. Quibus e valoribus ipsius x si diversos tantum eligere placet, omitti possunt omnes, in quibus μ vel $m \geqq n$ reperiuntur, quia est:

$$\sin\mathrm{am}\frac{(2np+\mu)k+(2np'+m)ik'}{n} = (-1)^p \sin\mathrm{am}\frac{\mu k + m i k'}{n}$$

atque adeo per aequationes:

$$\sin\mathrm{am}\frac{(2n-\mu)k+(2n-m)ik'}{n} = \sin\mathrm{am}\frac{\mu k + m i k'}{n},$$

$$\sin\mathrm{am}\frac{(2n-\mu)k+mik'}{n} = \sin\mathrm{am}\frac{\mu k - m i k'}{n},$$

$$\sin\mathrm{am}\frac{\mu k+(2n-m)ik'}{n} = \sin\mathrm{am}\frac{\mu k - m i k'}{n}$$

pro μ et m omnes numeros ipso n non majores ponere licet, sed ubi $m < n$, et positivos et negativos. Itaque de omnibus ipsius x valoribus $\frac{nn}{2}$ relinquuntur, quos inter se omnes quantitate differre, facile, ut antea, monstratur. Quorum nullus quum in infinitum abeat, et omnes functionem $\cos\mathrm{am}\, nu = \frac{U'_{nn}}{V_{nn}} = 0$ efficiant, eisdem ipsam $U'_{nn} = 0$ fieri satis elucet. Ergo ponimus:

$$U'_{nn} = \Pi\left(1 - \frac{x^2}{\sin^2\mathrm{am}\frac{\mu k \pm m i k'}{n}}\right)$$

et

$$\text{II.} \quad \sqrt{(1-yy)} = \cos\mathrm{am}\, nu = \frac{\Pi\left(1 - \frac{x^2}{\sin^2\mathrm{am}\frac{\mu k \pm m i k'}{n}}\right)}{\Pi\left(1 - \varkappa^2 x^2 \sin^2\mathrm{am}\frac{mk \pm \mu i k'}{n}\right)};$$

Numero m tribuendi sunt valores 0, 2, 4, ... n, numero μ vero 1, 3, 5, ... $n-1$; pro valore $m = n$, in denominatore etiam pro $m = 0$, unum tantum signum valet.

Constantem adscribi non opus est, quia posito $x = 0$, utraque aequationis pars $= 1$ redditur.

Prorsus eodem modo, quum e theor. III., posito $a = k \pm ik'$, sequatur, functionem $\sqrt{(1-\varkappa^2 yy)} = \Delta\,\mathrm{am}\, nu = \frac{U''_{nn}}{V_{nn}}$ evanescere pro ipsius

u valoribus $\frac{\mu k+\mu' ik'}{n}$ sive pro $x = \sin am \frac{\mu k+\mu' ik'}{n}$; tota valorum multitudo reducitur in $\frac{nn}{2}$ omnino diversos et finitos, in quibus numerus $\mu = 1, 3, 5, \ldots n-1$, $\mu' = \pm 1, \pm 3, \ldots \pm(n-1)$, qui et ipsam $U''_{nn} = 0$ efficiunt. Unde ponere licet:

$$U''_{nn} = \Pi\left(1-\frac{x^2}{\sin^2 am \frac{\mu k \pm \mu' ik'}{n}}\right)$$

sive reductionibus adhibitis facilibus per aequationem

$$\sin am (u \pm ik') = \frac{1}{\varkappa \sin am u},$$

$$U''_{nn} = \Pi\left(1-\varkappa^2 x^2 \sin^2 am \frac{\mu k \pm \mu' ik'}{n}\right);$$

ergo

$$\text{III.} \quad \sqrt{(1-\varkappa^2 y y)} = \Delta am\, nu = \frac{\Pi\left(1-\varkappa^2 x^2 \sin^2 am \frac{\mu k \pm \mu' ik'}{n}\right)}{\Pi\left(1-\varkappa^2 x^2 \sin^2 am \frac{mk \pm \mu ik'}{n}\right)}.$$

Numero m tribuuntur valores $0, 2, 4, \ldots n$, numeris μ et μ' valores $1, 3, 5, \ldots n-1$; in denominatore pro $m = 0$ et $m = n$ unum tantum signum valet.

Factorem constantem adjiciendum unitati aequalem esse, posito $x = 0$, satis apparet.

Corollarium. His in formulis omnibus si parte dextra pro signo sin am, sin coam ponitur, numeri m, m', μ' μ', valores eosdem retinent.

§. 2.

Brevitatis causa in seqq. signis multipl. Π_1, Π_2, Π_3, Π_0, alicui functioni praefixis indicabimus, numeris m, m', μ, μ', quorum nonnullos functio ita designata implicat, eosdem tribuendos esse valores, quos habent resp. in functionis U_{nn-4}, U'_{nn}, U''_{nn}, V_{nn}. Itaque erit:

$$\text{I.} \quad y = \frac{n x \sqrt{(1-x x)} \sqrt{(1-\varkappa^2 x x)}\, \Pi_1\left(1-\frac{x^2}{\sin^2 am \frac{mk \pm m' ik'}{n}}\right)}{\Pi_0\left(1-\frac{x^2}{\sin^2 am \frac{mk \pm \mu ik'}{n}}\right)},$$

$$\text{II.} \quad \sqrt{(1-y y)} = \frac{\Pi_2\left(1-\frac{x^2}{\sin^2 am \frac{\mu k \pm mik'}{n}}\right)}{\Pi_0\left(1-\varkappa^2 x^2 \sin^2 am \frac{mk \pm \mu ik'}{n}\right)},$$

$$\textbf{III.}\quad \sqrt{(1-\varkappa^2 yy)} = \frac{\Pi_3\left(1-\varkappa^2 x^2 \sin^2 \mathrm{am}\,\frac{\mu k \pm \mu' i k'}{n}\right)}{\Pi_0\left(1-\varkappa^2 x^2 \sin^2 \mathrm{am}\,\frac{mk \pm \mu i k'}{n}\right)}.$$

Significatio similis in seqq. est signis summatoriis Σ_1, Σ_2, Σ_3, Σ_0.

Quum per formulam $\sin \mathrm{am}\,(v + ik') = \frac{1}{\varkappa}$ facile inveniantur expressiones:

$$\Pi_1 \sin^2 \mathrm{am}\,\frac{mk \pm m' i k'}{n} = \frac{(-1)^{\frac{n}{2}}}{\varkappa^{\frac{nn}{2}-2}},$$

$$\Pi_0 \sin^2 \mathrm{am}\,\frac{mk \pm \mu i k'}{n} = \frac{(-1)^{\frac{n}{2}}}{\varkappa^{\frac{nn}{2}}};$$

ex aequatione (I.) sequitur:

$$0 = \Pi_0\left(x^2 - \sin^2 \mathrm{am}\,\frac{mk \pm \mu i k'}{n}\right)^2 - \frac{n}{\varkappa^4 y^2} x^2 (1-x^2)(1-\varkappa^2 x^2)\,\Pi_1\left(x^2 - \sin^2 \mathrm{am}\,\frac{mk \pm m' i k'}{n}\right)^2.$$

Cujus aequationis $n\,n^{\mathrm{ti}}$ ordinis si investigantur radices, quantitate innota posita x^2, una extemplo emergit, atque satis nota est: $x^2 = \sin^2 \mathrm{am}\,u$, quippe qua in suppositione valeat aequatio I.; sed magno sine studio cognoscitur, illius aequationis radices esse omnes quoque eos $\sin^2 \mathrm{am}$; qui, argumentis numero n multiplicatis, ipsi y^2 aequantur; ergo ex theor. I. radices continentur in formula:

$$x^2 = \sin^2 \mathrm{am}\left((-1)^p u + \frac{2pk + 2p' i k'}{n}\right)$$

si tribuuntur numeris p, p' successive valores 0, 1, 2, ... $n-1$. In hos enim semper reduci possunt omnes alii $\sin^2 \mathrm{am}$, in quibus p, p' vel negativi vel ipso n majores ponuntur; neque harum radicum bini inter se aequales sunt, nisi pro valoribus specialibus ipsius u. Nam si ponimus ex. gr.

$$x^2 = \sin^2 \mathrm{am}\left((-1)^q u + \frac{2qk + 2q' i k'}{n}\right) = \sin^2 \mathrm{am}\left((-1)^p u + \frac{2pk + 2p' i k'}{n}\right),$$

ubi literae p, p', q, q' numeros designant ipso n minores, oportet esse:

$$(-1)^q u + \frac{2qk + 2q' i k'}{n} = (-1)^p u + \frac{2pk + 2p' i k'}{n} + 2rk + 2r' i k',$$

sive

$$(-1)^q nu + 2qk + 2q' i k' = (-1)^p nu + 2(p + nr)k + 2(p' + nr')ik',$$

unde

$$q = p + nr, \quad q' = p' + nr'.$$

Sed quemcunque valorem positivum vel negativum numeris r, r' tribuamus, nunquam reperiuntur numeri q et q' positivi ipsum n non superan-

tes. Quibus omnibus collectis, sequitur aequatio identica:

$$1.\quad \Pi_0\left(x^2-\sin^2\mathrm{am}\frac{mk\pm\mu ik'}{n_i}\right)^2-\frac{n^2}{\varkappa^4y^2}x^2(1-xx)(1-\varkappa^2xx)\Pi_1\left(x^2-\sin^2\mathrm{am}\frac{mk\pm m'ik'}{n}\right)^2$$
$$=\Pi\left[x^2-\sin^2\mathrm{am}\left((-1)^pu+\frac{2pk+2p'ik'}{n}\right)\right]$$

cujus in utraque parte potestas maxima in unitatem ducta est. Inde concludere licet, coefficientes utriusque partis, qui in easdem ipsius x^2 potestates ducti sunt, aequales esse, ex. gr. coefficientes potestatum $(x^2)^0$, sive terminos constantes:

$$2.\quad \Pi\sin^2\mathrm{am}\left((-1)^pu+\frac{2pk+2p'ik'}{n}\right)=\Pi_0\sin^4\mathrm{am}\frac{mk\pm\mu ik'}{n}=\frac{1}{\varkappa^{nn}}$$

Sed haec formula nihil novi suppeditat, quia in utraque ejus parte per formulam $\mathrm{sin\,am}\,v\,.\,\mathrm{sin\,am}(v+ik')=\frac{1}{\varkappa}$ bini factores $=\frac{1}{\varkappa}$ facile inveniuntur.

Coefficientes deinde potestatum et x^{2nn-2} et x^2 in utraque parte aequationis 1. inter se comparati efficiunt:

$$a)\quad \Sigma\sin^2\mathrm{am}\left((-1)^pu+\frac{2pk+2p'ik'}{n}\right)=\frac{n^2}{\varkappa^2y^2}+2\Sigma_0\sin^2\mathrm{am}\frac{\mu k\pm\mu ik'}{n},$$

$$b)\quad \Sigma\frac{1}{\sin^2\mathrm{am}\left((-1)^pu+\frac{2pk+2p'ik'}{n}\right)}=\frac{n^2}{y^2}+2(-1)^{\frac{n}{2}}\varkappa^{\frac{nn}{2}}\Sigma_0\frac{1}{\sin^2\mathrm{am}\frac{mk\pm\mu ik'}{n}}$$

sive:

$$\Sigma\sin^2\mathrm{am}\left((-1)^pu+\frac{2pk+2p'ik'}{n}\right)=\frac{n^2}{\varkappa^2y^2}+2(-1)^{\frac{n}{2}}\varkappa^{\frac{nn}{2}}\Sigma_0\sin^2\mathrm{am}\frac{mk\pm\mu ik'}{n},$$

unde sequitur:

$$3.\quad \Sigma_0\sin^2\mathrm{am}\frac{mk\pm\mu ik'}{n}=0,$$

$$4.\quad \Sigma\sin^2\mathrm{am}\left((-1)^pu+\frac{2pk+2p'ik'}{n}\right)=\frac{n^2}{\varkappa^2y^2},$$

$$\left.\begin{matrix}p\\p'\end{matrix}\right\}=0,\ 1,\ 2,\ 3,\ \ldots\ n-1,$$

sive, si mutatur u in $u+\frac{ik'}{n}$, et peraguntur transformationes faciles,

$$5.\quad n^2y^2=n^2\sin^2\mathrm{am}\,nu=\Sigma\sin^2\mathrm{am}\left(u\pm\frac{mk\pm\mu ik'}{n}\right).$$

Numero m tribuuntur valores 0, 2, 4, ... n, numero μ vero 1, 3, 5 ... ... $n-1$. Signa $\pm$, $\pm$, nisi $m=0$ aut $m=n$ valent omnimodis inter se conjuncta; pro $m=0$ et $m=n$ signa $\pm$ priora valent, aut posteriora.

E formula 4. pro valoribus argumenti u singularibus fluunt hae:

$$6. \quad \Sigma_2 \sin^2 \mathrm{am} \frac{\mu k \pm m i k'}{n} = \frac{nn}{2\varkappa^2},$$

$$7. \quad \Sigma_3 \sin^2 \mathrm{am} \frac{\mu k \pm \mu' i k'}{n} = \frac{nn}{2}.$$

Corollarium. Quum e formula 3. sequatur haec:

$$\Sigma_0 \left(\frac{1}{\sin^2 \mathrm{am} \frac{mk \pm \mu i k'}{n}} \right) = 0$$

atque expressiones:

$$-\varkappa^2 \Sigma_0 \sin^2 \mathrm{am} \frac{mk \pm \mu i k'}{n}$$

et

$$-\varkappa^{nn-2} \Pi_0 \sin^2 \mathrm{am} \frac{mk \pm \mu i k'}{n} . \Sigma_0 \frac{1}{\sin^2 \mathrm{am} \frac{mk \pm \mu i k'}{n}}$$

coefficientes sint resp. potentiarum x^2 et x^{nn-2} in functione V_{nn}, hac in denominatore functionis y termini potestatum x^2 et x^{nn-2} desunt.

Quo alio modo functiones $\sin \mathrm{am}\, nu = y$, $\cos \mathrm{am}\, nu$, $\Delta \mathrm{am}\, nu$ per duas transformationes n^{ti} ordinis componi possint, in plagulis posterioribus ostendetur.

Nunc vero nonnulla adjicienda sunt de multiplicatione integralium ellipticorum secundae et tertiae speciei.

§. 3.

E formula 5. §^{i} 2. sequitur haec:

$$n^2 \Delta^2 \mathrm{am}\, nu = \Sigma \Delta^2 \mathrm{am} \left(u \pm \frac{mk \pm \mu i k'}{n} \right),$$

quae per du multiplicata et insuper integrata inter limites 0 et u, praebet hanc aliam de multiplicatione functionis $E(u)$ (vid. introd. fin.), quod ex tribus generibus integralium ellipticorum secundum est:

$$1. \quad nE(nu) = \Sigma \left[E\left(u \pm \frac{mk \pm \mu i k'}{n} \right) \right].$$

Numero m tribuuntur valores $0, 2, 4, 6, \ldots n$, numero μ vero $1, 3, 5, \ldots \ldots n-1$. Signa $\pm$, $\pm$ valent, nisi $m = 0$ aut $m = n$, omnimodo inter se conjuncta, pro $m = 0$ et $m = n$ signa $\pm$ priora valent, signum vero solum $+$ posterius.

Haec formula, advocata illa (introd. 25.)

$$E(u+\alpha) + E(u-\alpha)$$
$$= 2E(u) - 2\varkappa^2 \sin \mathrm{am}\, u \cos \mathrm{am}\, u \, \Delta \mathrm{am}\, u \frac{\sin^2 \mathrm{am}\, \alpha}{1 - \varkappa^2 \sin^2 \mathrm{am}\, u \sin^2 \mathrm{am}\, \alpha},$$

hanc formam induit:

$$2. \quad nE(nu) = n^2E(u) - 2\varkappa^2 \operatorname{sin\,am} u \operatorname{cos\,am} u \,\Delta\operatorname{am} u\, \Sigma_0 \frac{\sin^2 \operatorname{am} \frac{mk \pm \mu ik'}{n}}{1 - \varkappa^2 \sin^2 \operatorname{am} u \sin^2 \operatorname{am} \frac{mk \pm \mu ik'}{n}} \text{ *).}$$

E quibus duabus expressionibus functionis $E(nu)$, integratione facta, eruere licet expressiones functionis $\Omega(nu)$ sive formulas de multiplicatione functionis $\Omega(u)$ (vid. introd. fin.), ad quam Cl. *Jacobi* integralia tertiae speciei elliptica reduxit:

$$3. \quad \Omega(nu) = \frac{\Pi\left[\Omega\left(u \pm \frac{mk \pm \mu ik'}{n}\right)\right]}{\Pi\left[\Omega^2\left(\frac{mk \pm \mu ik'}{n}\right)\right]}.$$

Valent numeri m, μ et signa $\pm$ perinde atque in formula (1.)

$$\frac{\Omega(nu)}{\Omega^{nn}(u)} = \Pi_0\left(1 - \varkappa^2 \sin^2 \operatorname{am} u \sin^2 \operatorname{am} \frac{mk \pm \mu ik'}{n}\right).$$

Quarum expressionum unam ex altera quoque deducere licet ope formulae gravissimae:

$$\frac{\Omega(u+\alpha).\Omega(u-\alpha)}{\Omega^2(u).\Omega^2(\alpha)} = 1 - \varkappa^2 \sin^2 \operatorname{am} u \sin^2 \operatorname{am} \alpha.$$

His praemissis formulis, facile conflatur multiplicatio integralis elliptici, quod ad tertiam speciem pertinet:

$$\Pi(u, a, \varkappa) = \varkappa^2 \operatorname{sin\,am} a \operatorname{cos\,am} a \,\Delta\operatorname{am} a \int_0^u \frac{\sin^2 \operatorname{am} u \,\partial u}{1 - \varkappa^2 \sin^2 \operatorname{am} a \sin^2 \operatorname{am} u}.$$

E formula enim (introd. 28.) sequitur:

$$\Pi(nu, na) = nuE(na) + \tfrac{1}{2} \log \frac{\Omega n(u-a)}{\Omega n(u+a)}$$

sive, substitutis ipsorum $\Omega n(u-a)$ et $\Omega n(u+a)$ valoribus,

$$5. \quad \Pi(nu, na) = nuE(na) + \frac{nn}{2} \log \frac{\Omega(u-a)}{\Omega(u+a)} + \tfrac{1}{2}\Sigma_0 \log \left\{ \frac{1 - \varkappa^2 \sin^2 \operatorname{am}(u-a) \sin^2 \operatorname{am} \frac{mk \pm \mu ik'}{n}}{1 - \varkappa^2 \sin^2 \operatorname{am}(u+a) \sin^2 \operatorname{am} \frac{mk \pm \mu ik'}{n}} \right\}$$

vel alio modo:

$$6. \quad \Pi(nu, na) = nuE(na) + \tfrac{1}{2}\Sigma \log \frac{\Omega\left(u \pm \frac{mk \pm \mu ik'}{n} - a\right)}{\Omega\left(u \pm \frac{mk \pm \mu ik'}{n} + a\right)}.$$

---

*) De significatione Σ_0 et Π_0 vid. init. §i 2.

Numero m valores sunt: 0, 2, 4, ... n, numero μ: 1, 3, 5, ... $n-1$. Signa $\pm$, $\pm$ omnimodis inter se conjunguntur; si vero $m=0$ et $m=n$, signa $\pm$ tantum priora valent, signum $+$ solum posterius.

Inde fluunt, prout functiones Ω numeratoris et denominatoris termini extremi combinantur:

$$7.\quad \Pi(nu,na)+n^2uE(a)-nuE(na)=\Sigma\left[\Pi\left(u\pm\frac{mk\pm\mu ik'}{n},a\right)\right],$$

$$8.\quad \Pi(nu,na)=\Sigma\left[\Pi\left(u,a\pm\frac{mk\pm\mu ik'}{n}\right)\right].$$

Ex qua postrema vel alio modo obtinemus:

$$9.\quad \Pi(nu,na)-nn\Pi(u,a)=u\Sigma_0\frac{\partial\log}{\partial a}\left(1-\varkappa^2\sin^2\mathrm{am}\,a\sin^2\mathrm{am}\frac{mk\pm\mu ik'}{n}\right)$$
$$+\tfrac{1}{2}\Sigma_0\log\left(\frac{1-\varkappa^2\sin^2\mathrm{am}\,(u-a)\sin^2\mathrm{am}\frac{mk\pm\mu ik'}{n}}{1-\varkappa^2\sin^2\mathrm{am}\,(u+a)\sin^2\mathrm{am}\frac{mk\pm\mu ik'}{n}}\right).$$

§. 4.

De functionum ellipticarum transformatione paris ordinis.

Integrale ellipticum

$$\int_0^y\frac{\partial y}{\sqrt{(1-yy)}\sqrt{(1-\lambda^2yy)}}$$

transformari posse in aliud ejusdem formae

$$\int_0^x\frac{\partial x}{M\sqrt{(1-xx)}\sqrt{(1-\varkappa^2xx)}}$$

per substitutionem rationalem:

$$y=\frac{x(a+a'x^2+a''x^4+\ldots+a^{(m-1)}.x^{2m-2})}{1+b'x^2+b''x^4+\ldots+b^{(m)}x^{2m}}.$$

cujus dignitas maxima x^{2m} exponentem habet numerum parem, jam Cl. *Jacobi* in libro suo, quem inscripsit Fundamenta nova etc. generaliter demonstravit. Sed per sequentia elucebit, functionis illius y naturam multa ratione esse diversam a natura ejus functionis rationalis, quam ad numerum imparem pertinentem ille tractavit; aliam tamen inveniri posse irrationalem, ad numerum parem respicientem, cujus natura cum illa Fundamentorum substitutione magis conveniat. Hujus, quam inquisituri sumus, functionis exemplum, quod ad numerum parem 2 pertinet, jam perdiu exstat, illa substitutio *Landeniana*. Quum hanc substitutionem irrationalem generaliter adhiberi posse ostenderimus, formulas ipsas ad eam pertinentes proponemus et demonstrabimus.

Designentur signis U_p, V_q **functiones argumenti** x **rationales** p^{ti} **et** q^{ti} **ordinis, altera par, altera impar; sit porro**

$$y = \frac{U}{V} = \frac{\sqrt{(\alpha+\beta x^2)}}{\sqrt{(\alpha'+\beta' x^2)}} \frac{U_p}{V_q}$$

efficitur integrale ellipticum:

$$\frac{\partial y}{\sqrt{(A+By^2+Cy^4)}} = \frac{V\partial U - U\partial V}{\sqrt{Y}}$$

ubi $Y = AV^4 + BV^2U^2 + CU^4$ **functio par est** $(4p+4)^{ti}$ **ordinis, si** $q \leqq p$ **esse ponimus.**

Functio autem $V\frac{\partial U}{\partial x} - U\frac{\partial V}{\partial x}$ **reperitur:**

$$V\frac{\partial U}{\partial x} - U\frac{\partial V}{\partial x} = \frac{(\alpha+\beta x^2)(\alpha'+\beta' x^2)\left(V_q\frac{\partial U_p}{\partial x} - U_p\frac{\partial V_q}{\partial x}\right) + (\alpha'\beta - \beta'\alpha)xV_qU_p}{\sqrt{(\alpha+\beta x^2)}\sqrt{(\alpha'+\beta' x^2)}}.$$

Substitutione igitur illa $y = \frac{U}{V}$ **expressio**

$$\frac{\partial y}{\sqrt{(A+By^2+Cy^4)}}$$

transibit in aliam similem

$$\frac{\partial x}{M'\sqrt{(A'+B'x^2+C'x^4)}}$$

vel potius in

$$\frac{\partial x}{M\sqrt{(\alpha+\beta x^2)}\sqrt{(\alpha'+\beta' x^2)}}$$

M **significante functionem ipsius** x **rationalem, si illa**

$$Y = AV^4 + BV^2U^2 + CU^4 = T^2,$$

quadratum completum, evadit. Ut vero haec functio $(4p+4)^{ti}$ **ordinis argumenti** x, **vel** $(2p+2)^{ti}$ **ipsius** x^2, **factores, respectu ipsius** x^2 **lineares, omnes duplices habeat, inter coefficientes ejus** $(p+1)$ **aequationes conditionales intercedere oportet. Constantium autem, quae in functionibus** U **et** V **reperiuntur, numerus est** $\frac{p+q+1}{2}+5$, **vel potius** $\frac{p+q+1}{2}+2$; **quia non mutatur** y, **si, quoties alter factor numeratoris aut denominatoris per unam aliquam constantium dividatur, per eandem alter multiplicatur; vel si functiones** U_p **et** V_q **per unam aliquam constantium simul dividuntur. Qui numerus numerum** $(p+1)$ **aequationum conditionalium vel aequat vel superat pro valoribus ipsius** q: **1)** $q = p-3$, **2)** $q = p-1$, **hisque casibus resp. evadit 1)** $p+1$, **2)** $p+2$. **Sed casum priorem rejiciendum esse, facile infra cognoscetur; casu autem secundo, quum numerus constantium**

numerum conditionum unitate superet, unam aliquam constantium ad arbitrium determinare licet.

Ut deinde videamus, num functio rationalis:

$$M = \frac{T}{\left(V\frac{\partial U}{\partial x} - U\frac{\partial V}{\partial x}\right).\sqrt{(\alpha+\beta x^2).\sqrt{(\alpha'+\beta' x^2)}}}$$

$$= \frac{T}{(\alpha+\beta x^2)(\alpha'+\beta' x^2)\left(V_q\frac{\partial U_p}{\partial x} - U_p\frac{\partial V_q}{\partial x}\right)+(\alpha'\beta-\beta'\alpha)x\,V_q\,U_p};$$

ut in ordinis imparis transformatione rationali, quantitas constans fiat, faciamus, functionibus U, V non esse factorem communem, quippe quo adjecto fractio $y = \frac{U}{V}$ minime mutetur. Resolvamus deinde functionem $A+By^2+Cy^4$ in duos factores, ita ut sit:

$$A+By^2+Cy^4 = A(1-a^2y^2)(1-c^2y^2)$$

sive

$$Y = AV^4+BV^2U^2+CU^4 = A(V^2-a^2U^2)(V^2-c^2U^2).$$

Quam functionem y si factor quis bis metitur, idem etiam unum aut alterum factorum $V^2-a^2U^2$, $V^2-c^2U^2$, bis metiatur, necesse est; nam factor quisque, qui functionibus et $V^2-a^2U^2$ et $V^2-c^2U^2$ communis esset, ipsis U^2 et V^2 communis esse deberet, quas nullum communem habere posuimus. Jam vero dantur aequationes:

$$U\frac{\partial U}{\partial x}(V^2-a^2U^2) - U^2\left(V\frac{\partial V}{\partial x} - a^2U\frac{\partial U}{\partial x}\right) = UV\left(V\frac{\partial U}{\partial x} - U\frac{\partial V}{\partial x}\right)$$

$$U\frac{\partial U}{\partial x}(V^2-c^2U^2) - U^2\left(V\frac{\partial V}{\partial x} - c^2U\frac{\partial U}{\partial x}\right) = UV\left(V\frac{\partial U}{\partial x} - U\frac{\partial V}{\partial x}\right)$$

ex quibus cognoscitur, qui factor unam aut alteram functionum $V^2-a^2U^2$, $V^2-c^2U^2$ bis, ideoque earum differentiale semel metiatur, eundem metiri expressionem

$$\left(V\frac{\partial U}{\partial x} - U\frac{\partial V}{\partial x}\right)\sqrt{(\alpha+\beta x^2)}\sqrt{(\alpha'+\beta' x^2)}.$$

Nam illi dextrae partis functioni $\frac{U.V}{\sqrt{(\alpha+\beta x^2)}\sqrt{(\alpha'+\beta' x^2)}} = U_pV_q$ factorem cum una aut altera functionum $V^2-a^2U^2$, $V^2-c^2U^2$ communem esse non posse, satis elucet.

Quum igitur complexum factorum ipsam $Y = A(V^2-a^2U^2)(V^2-c^2U^2)$ bis metientium $= T$ posuerimus, ipsum T metietur expressionem:

$$\left(V\frac{\partial U}{\partial x}-U\frac{\partial V}{\partial x}\right)\sqrt{(\alpha+\beta x^2)}\sqrt{(\alpha'+\beta' x^2)}$$
$$=(\alpha+\beta x^2)(\alpha'+\beta' x^2)\left(V_q\frac{\partial U_p}{\partial x}-U_p\frac{\partial V_q}{\partial x}\right)+(\alpha'\beta-\beta'\alpha)x V_q U_p.$$

Quae quum pro valore $q=p-1$ fiat functio par $2(p+1)^{ti}$ ordinis ipsius x, atque ejusdem ordinis sit ipsum T, functionem rationalem:

$$\frac{T}{(\alpha+\beta x^2)(\alpha'+\beta' x^2)\left(V_q\frac{\partial U_p}{\partial x}-U_p\frac{\partial V_q}{\partial x}\right)+(\alpha'\beta-\beta'\alpha)x V_q U_p}=M$$

constantem fieri videmus.

Si numerus $q<p-1$ esset, functio

$$\left(V\frac{\partial U}{\partial x}-U\frac{\partial V}{\partial x}\right)\sqrt{(\alpha+\beta x^2)}.\sqrt{(\alpha'+\beta' x^2)}$$

ordinis minoris evasisset, quam ipsa est T, quae illam metiri debet. Itaque evictum est, casum illum $q=p-3$ esse rejiciendum.

Eadem de causa functionum U_p, V_q utramque parem facere nequimus; hoc enim casu, etiam si $q=p$ ponamus,

$$\left(V\frac{\partial U}{\partial x}-U\frac{\partial V}{\partial x}\right)\sqrt{(\alpha+\beta x^2)}\sqrt{(\alpha'+\beta' x^2)}$$

functio impar evadit $(2p+1)^{ti}$ ordinis, ergo minoris, quam ipsa est T.

His argumentis omnibus collectis, satis apparet, expressionem

$$\frac{\partial y}{\sqrt{(A+By^2+C^4)}}$$ substitutione $$y=\frac{\sqrt{(\alpha+\beta x^2)}}{\sqrt{(\alpha'+\beta' x^2)}}\frac{U_p}{V_{p-1}}$$

transformari posse in hanc aliam

$$\frac{\partial x}{M\sqrt{(\alpha+\beta x^2)}\sqrt{(\alpha'+\beta' x^2)}}$$

ubi M est quantitas constans; atque insuper y unam constantem arbitrariam involvere.

Casum, quo p numerus par est, quippe qui suppeditet transformationem, quae facile e casu altero derivatur, missum faciamus. Casu autem altero supponamus, functionem $A+By^2+Cy^4$ formae esse $(1-y^2)(1-\lambda^2 y^2)$, atque adhibeamus illam constantem arbitrariam, ut eandem accipiat formam expressio $\left(1+\frac{\beta}{\alpha}x^2\right)\left(1+\frac{\beta'}{\alpha'}x^2\right)$, sive ut fiat aut $\frac{\beta}{\alpha}=-1$ aut $\frac{\beta'}{\alpha'}=-1$.

Tum hunc in modum exhiberi potest

Theorema.

Substitutione

$$y=\frac{U}{V}=\frac{\sqrt{(1-xx)}}{\sqrt{(1-z^2xx)}}\,\frac{U_\mu}{V_{\mu-1}}=\frac{\sqrt{(1-x^2)}}{\sqrt{(1-z^2x^2)}}\cdot\frac{x\left(a+a'x^2+a''x^4+\ldots+a^{\left(\frac{\mu-2}{2}\right)}x^{\mu-1}\right)}{1+b'x^2+b''x^4+\ldots+b^{\left(\frac{\mu-1}{2}\right)}x^{\mu-1}}$$

ubi μ numerus est integer impar, expressio

$$\frac{\partial y}{\sqrt{(1-y^2)}\sqrt{(1-\lambda^2y^2)}}$$

semper transformari potest in hanc

$$\frac{\partial x}{M.\sqrt{(1-x^2)}\sqrt{(1-z^2x^2)}}$$

ubi constans $\frac{1}{M}=\frac{\partial y}{\partial x}$ pro ipso $x=0$, est $=a$, coefficienti primae dignitatis x in functione U_μ, atque z^2 quantitas constans, quae simul cum μ constantibus functionum U_μ, $V_{\mu-1}$ ita determinanda est, ut fiat:

$$V^2-U^2=(1-z^2x^2)V_{\mu-1}^2-(1-x^2)\,U_\mu^2=AA,$$
$$V^2-\lambda^2U^2=(1-z^2x^2)V_{\mu-1}^2-\lambda^2(1-x^2)U_\mu^2=BB.$$

Signa A et B significant functiones ipsius x^2 rationales integras. Nec non valet theorema, si radicalium $\sqrt{(1-xx)}$, $\sqrt{(1-z^2x^2)}$ loca inter se commutantur.

Quam transformationem exhibitam ad numerum parem $(\mu+1)$ pertinere (cf. *Jac.* Fund. pag. 18), jam e numeratoris ordine, sed magis postea cognoscetur.

§. 5.

Jam demonstremus, si n est numerus par quilibet, index $\omega=ak+2bik'$, cujus numeri integri a impar, $2b$ par factorem communem non habeant, qui et ipse numerum n metiatur, posito $\sin\mathrm{am}\,u=x$, atque

1. $$y=\frac{U}{V}=\frac{x\sqrt{(1-x^2)}}{M\sqrt{(1-z^2x^2)}}\,\frac{\Pi\left(\frac{x^2}{\sin^2\mathrm{am}\frac{m\omega}{n}}\right)}{\Pi\left(1-z^2x^2\sin^2\mathrm{am}\frac{m\omega}{n}\right)}$$

sive secundum formulam (introd. 21.)

$$y=(-1)^{\frac{n}{2}-1}\,\frac{\sin\mathrm{am}\,u\,\sin\mathrm{am}\,(u+\omega)\,\Pi\sin\mathrm{am}\left(u\pm\frac{m\omega}{n}\right)}{\Pi\sin^2\mathrm{am}\frac{\mu\omega}{n}};$$

deduci posse tum functiones $\sqrt{(1-y^2)}$ et $\sqrt{(1-\lambda^2y^2)}$, tum formulam

$$\frac{\partial y}{\sqrt{(1-y^2)}\sqrt{(1-\lambda^2 y^2)}} = \frac{\partial x}{M\sqrt{(1-x^2)}\sqrt{(1-\varkappa^2 x^2)}}$$

si literae λ atque M significant resp. expressiones:

$$\lambda = \varkappa^n \Pi \sin^4 \mathrm{am}\frac{\mu\omega}{n}; \qquad M = (-1)^{\frac{\alpha-1}{2}} \frac{\Pi \sin^2 \mathrm{am}\frac{\mu\omega}{n}}{\Pi \sin^2 \mathrm{am}\frac{m\omega}{n}}.$$

Et hoc loco et in seqq. ubique, nisi aliud diserte ponimus, litera m in functionibus signo multipl. Π aut summat. Σ praefixo designatis valores habebit $2, 4, 6, \ldots . n-2$, litera μ vero valores $1, 3, 5, \ldots . n-1$; signa $\pm$ ambo simul valent, ita ut numerus factorum aut summandorum duplicetur.

Annotatio. Formam functionis y secundam atque expressiones moduli λ et constantis M, quae prorsus conveniant cum formulis pro transformatione ordinis imparis respondentibus, signis aliis ab ipso electis exhibitas, pro numero n quocunque, et impari et pari, primus proposuit Cl. *Abel.* [vid. *Beiträge zu No.* 138. *der astronom. Nachrichten ann.* 1828.]

Ex ipsa forma functionis y secunda cognoscitur, y unitati aequalem fieri pro valore argumenti $u = \frac{\omega}{n}$, atque functionem y^2, si $u + \frac{2\omega}{n}$ vel $u + \frac{2p\omega}{n}$ loco ipsius u ponitur, immutatam manere. Hinc colligere licet, A designante quantitatem quamcunque constantem, $A^2 - y^2$ fnnctionem esse rationalem fractam, quae, argumento u abeunte in $u + \frac{2p\omega}{n}$, minime mutetur. Huic functioni ipsius x denominator cum ipsa y^2 idem est, quadratum VV; numerator, functio variabilis x^2 n^{ti} ordinis, si evanescere eum ponamus pro valore $x^2 = \sin^2 \mathrm{am}\,\alpha$, evanescet etiam pro valoribus:

$$x^2 = \sin^2 \mathrm{am}\left(\alpha + \frac{2\omega}{n}\right), \quad \sin^2 \mathrm{am}\left(\alpha + \frac{4\omega}{n}\right), \quad \ldots . \quad \sin^2 \mathrm{am}\left(\alpha + \frac{2(n-1)}{n}\omega\right).$$

Si enim in functione $\frac{V^2A^2 - U^2}{V^2}$, $u + \frac{2p\omega}{n}$ pro ipso argumento u variabilis $x^2 = \sin^2 \mathrm{am}\,u$ substituimns, hanc functionem non mutatam evanescere oportet pro eodem valore $u = \alpha$, i. e. pro valore $x^2 = \sin^2 \mathrm{am}\left(\alpha + \frac{2p\omega}{n}\right)$.

Hae autem radices omnes aequationis $V^2A^2 - U^2 = 0$ in universum inter se diversae erunt. Nam ponamus, esse pro quoque valore ipsius α: $\sin^2 \mathrm{am}\left(\alpha + \frac{2p\omega}{n}\right) = \sin^2 \mathrm{am}\left(\alpha + \frac{2p'\omega}{n}\right)$, ubi p et p' numeri sunt integri diversi $< n$; sequitur

$$\sin\mathrm{am}\left(\alpha+\frac{2p\omega}{n}\right) = \pm\sin\mathrm{am}\left(\alpha+\frac{2p'\omega}{n}\right)$$

ergo

$$\alpha+\frac{2p\omega}{n} = \alpha+\frac{2p'\omega}{n}+2qk+2q'ik'$$

sive

$$\frac{p-p'}{n}.\omega = qk+q'ik'.$$

Quum vero $p-p'<n$ esse constat, atque numeros coefficientes indicis ω factorem cum ipso n communem non habere positum sit, $\frac{p-p'}{n}\omega = qk+q'ik'$ esse nequit. Sed si valores ipsius α speciales inveniri possint, pro quibus radicum illarum complures congruant; bono jure concludemus, aequationem $V^2A^2-U^2=0$ habere radices complures aequales.

Nam patet formulam valere, si loco radicum aequalium statuamus radices quantitate infinite parva inter se diversas.

Quum series radicum hoc quoque modo repraesentari possit:

$$x^2 = \sin^2\mathrm{am}\,\alpha,\quad \sin^2\mathrm{am}\left(\alpha+\frac{2\omega}{n}\right),\ \sin^2\mathrm{am}\left(\alpha+\frac{4\omega}{n}\right),\ \ldots.\ \sin^2\mathrm{am}\left(\alpha+\frac{n-2}{n}\omega\right)$$

$$= \sin^2\mathrm{am}(\alpha+\omega),\ \sin^2\mathrm{am}\left(\alpha-\frac{2\omega}{n}\right),\ \sin^2\mathrm{am}\left(\alpha-\frac{4\omega}{n}\right),\ \ldots.\ \sin^2\mathrm{am}\left(\alpha-\frac{n-2}{n}\omega\right)$$

sive

$$\sin^2\mathrm{am}\,\alpha,\quad \sin^2\mathrm{am}\left(\alpha+\frac{2\omega}{n}\right),\quad \sin^2\mathrm{am}\left(\alpha+\frac{4\omega}{n}\right),\ \ldots.\ \sin^2\mathrm{am}\left(\alpha+\frac{n-2}{n}\omega\right),$$

$$\sin^2\mathrm{am}(\alpha+\omega),\ \sin^2\mathrm{am}\left(-\alpha+\frac{2\omega}{n}\right),\ \sin^2\mathrm{am}\left(-\alpha+\frac{4\omega}{n}\right),\ \ldots.\ \sin^2\mathrm{am}\left(-\alpha+\frac{n-2}{2}\omega\right);$$

casus ille specialis evenit, si reperiatur:

$$\sin^2\mathrm{am}\left(\alpha+\frac{2p\omega}{n}\right) = \sin^2\mathrm{am}\left(-\alpha+\frac{2p'\omega}{n}\right)$$

ubi numeri p et p' sunt integri ipsum $\frac{n}{2}$ non superantes; unde sequitur:

$$\alpha+\frac{2p\omega}{n} = -\alpha+\frac{2p'\omega}{n},\quad \alpha = \frac{p'-p}{n}\omega.$$

Quum vero casu, quo p' et p ambo numeri sunt pares, una e radicum multitudine $x^2=0$ esse debeat, atque functionem y^2 simul cum x^2 evanescere cognoverimus, omnibus casibus, quibus quantitas A^2 a nihilo diversa, alterum numerorum p et p' imparem esse oportet. Ergo pro valore $\alpha=\frac{2r+1}{n}\omega$ duae radices aequales existunt; atque tunc etiam binas aequales obvenire, sine negotio intelligitur.

Casus deinde exstat secundus, quo radices aequales offeruntur. Is quidem, quo reperiatur:

$$\sin\mathrm{am}\left(\alpha+\frac{2p\omega}{n}\right)=\sin\mathrm{am}\left(\alpha-\frac{2p\omega}{n}\right).$$

Cui aequationi satisfieri videmus valore $\alpha=\mu k+mik'$, ubi μ numerum imparem, m parem significat. Hoc igitur casu radices numero $\frac{n}{2}-1$ reperiunt alias sibi aequales, sed $\sin^2\mathrm{am}\,\alpha$ evadit $=1$, $\sin^2\mathrm{am}(\alpha+\omega)=\frac{1}{x^2}$.

Qua in solutione aequationis $V^2A^2-U^2=0$ quum ad formam indicis ω non respexerimus, sed uno solo proprio: „y^2 non mutari, si ponatur $u+\frac{2p\omega}{n}$ loco u;" nixi simus, eadem valebit pro indice $\omega_2=2ak+bik'$, ubi b numerus est impar. De hoc vero postea.

Radices igitur aequationis $V^2A^2-U^2=0$ omnes in universum inter se discrepare demonstravimus; neque plures diversae inveniuntur; si enim in serie illa valorum longius progrediaris, illae n, quas enumeravi, radices eaedem semper redeunt, quia $\sin^2\mathrm{am}$ est functio periodica, indice 2ω. Itaque ponere licet:

$$A^2-y^2=\frac{A^2\left(1-\frac{x^2}{\sin^2\mathrm{am}\,\alpha}\right)\left(1-\frac{x^2}{\sin^2\mathrm{am}\left(\alpha+\frac{2\omega}{n}\right)}\right)\cdots\left(1-\frac{x^2}{\sin^2\mathrm{am}\left(\alpha+\frac{2(n-1)}{n}\omega\right)}\right)}{(1-\varkappa^2x^2)\left[\left(1-\varkappa^2x^2\sin^2\mathrm{am}\frac{2\omega}{n}\right)\left(1-\varkappa^2x^2\sin^2\mathrm{am}\frac{4\omega}{n}\right)\cdots\left(1-\varkappa^2x^2\sin^2\mathrm{am}\frac{n-2}{n}\omega\right)\right]^2}.$$

Quum enim functio y^2 simul cum ipsa x^2 evanescat, constans in posteriori parte adjecta A^2 esse oportet. Argumentum α adhuc innotum ab ipso valore constantis A^2 pendere patet, atque pro unoquoque singulatim eruitur.

Pro valore $A^2=1$ ipsum $\alpha=\frac{\omega}{n}$ jam inventum est, quia valor $x=\sin\mathrm{am}\frac{\omega}{n}$ ipsam y unitati aequalem reddit. Quo casu radices aequationis $V^2-U^2=0$

$$\sin^2\mathrm{am}\frac{\omega}{n},\quad \sin^2\mathrm{am}\frac{3\omega}{n},\quad \sin^2\mathrm{am}\frac{5\omega}{n},\quad \ldots\quad \sin^2\mathrm{am}\frac{2n-1}{n}\omega$$

binas aequales evadere jam vidimus,

$$\sin^2\mathrm{am}\frac{2n-1}{n}\omega=\sin^2\mathrm{am}\frac{\omega}{n},\quad \sin^2\mathrm{am}\frac{2n-3}{n}\omega=\sin^2\mathrm{am}\frac{3\omega}{n},\quad \ldots$$

$$\sin^2\mathrm{am}\frac{n+1}{n}\omega=\sin^2\mathrm{am}\frac{n-1}{n}\omega.$$

Unde sequitur, functionem V^2-U^2 quadratum esse completum, atque

$$2.\quad \sqrt{(1-yy)} = \frac{\Pi\left(1-\frac{x^2}{\sin^2 \operatorname{am}\frac{\mu\omega}{n}}\right)}{\sqrt{(1-\varkappa^2x^2)}\,\Pi\left(1-\varkappa^2x^2\sin^2\operatorname{am}\frac{m\omega}{n}\right)}.$$

Ex qua formula facile deducitur tertia, monstrato, quod idem valet pro transformatione ordinum imparium, theoremate (cf. *Jac.* Fund. pag. 20, 42): „Si substituimus $\frac{1}{\varkappa x}$ loco x, functio y abit in $\frac{1}{\lambda y}$, ubi λ est quantitas constans." Quod theorema generalius ita exhibitur: Si substituimus $\sin\operatorname{am}(u+i\omega')$ loco $x=\sin\operatorname{am}u$, functio y evadit $\frac{1}{\lambda y}$ pro indice conjugato $i\omega'=mk+\mu' ik'$, sed $\frac{(-1)^{\frac{n}{2}}}{\lambda y}$ pro indice conjugato $i\omega'=\mu k+\mu' ik'$.

Substitutione peracta reperimus: $y=\frac{U}{V}$ evasisse

$$\frac{\sqrt{(1-\varkappa^2x^2)}\,\Pi\left(1-\varkappa^2x^2\sin^2\operatorname{am}\frac{m\omega}{n}\right)}{\varkappa^n M\,\Pi\sin^4\operatorname{am}\frac{m\omega}{n}.\,x\sqrt{(1-x^2)}\,\Pi\left(1-\frac{x^2}{\sin^2\operatorname{am}\frac{m\omega}{n}}\right)}$$

$$= -\frac{V}{M^2.\varkappa^n\,\Pi\sin^4\operatorname{am}\frac{m\omega}{n}.\,U} = \frac{1}{\lambda y}$$

si ponitur:

$$\lambda = M^2\varkappa^n\,\Pi\sin^4\operatorname{am}\frac{m\omega}{n} = \varkappa^n\,\Pi\sin^4\operatorname{am}\frac{\mu\omega}{n}.$$

Itaque, posito $\frac{1}{\varkappa x}$ loco x, abit quadratum formulae 2. in hanc:

$$1-\frac{1}{\lambda^2y^2} = -\frac{\Pi\left(1-\varkappa^2x^2\sin^2\operatorname{am}\frac{\mu\omega}{n}\right)^2}{\lambda^2.U^2}$$

quae ducta in $\lambda^2y^2=\frac{\lambda^2U^2}{V^2}$ praebet:

$$3.\quad \sqrt{(1-\lambda^2y^2)} = \frac{\Pi\left(1-\varkappa^2x^2\sin^2\operatorname{am}\frac{\mu\omega}{n}\right)}{\sqrt{(1-\varkappa^2x^2)}\,\Pi\left(1-\varkappa^2x^2\sin^2\operatorname{am}\frac{m\omega}{n}\right)}.$$

Sed quum intellexerimus in antecedentibus, si functiones $U=x\sqrt{(1-x^2)}\,U'$, $V=\sqrt{(1-\varkappa^2x^2)}\,V'$ ita determinentur, ut sit

$$V^2-U^2 = (1-\varkappa^2x^2)\,V'V' - x^2(1-x^2)\,U'U' = AA,$$
$$V^2-\lambda^2U^2 = (1-\varkappa^2x^2)\,V'V' - \lambda^2x^2(1-x^2)\,U'U' = BB,$$

ubi sunt U', V', A, B, functiones integrae rationales pares, posito

$y = \frac{U}{V} = \frac{x\sqrt{(1-x^2)}\,U'}{\sqrt{(1-\varkappa^2 x^2)}\,V'}$, fore:

$$\frac{\partial y}{\sqrt{(1-y^2)}\sqrt{(1-\lambda^2 y^2)}} = \frac{\partial x}{M\sqrt{(1-x^2)}\sqrt{(1-\varkappa^2 x^2)}}$$

$\frac{1}{M}$ significante quantitatem constantem, coefficientem dignitatis x^0 in functione U'; sequitur, e formulis propositis (1.), (2.), (3.) atque valoribus ipsorum M et λ, quibus est forma praescripta, fluere idem:

$$\frac{\partial y}{\sqrt{(1-y^2)}\sqrt{(1-\lambda^2 y^2)}} = \frac{\partial x}{M\sqrt{(1-x^2)}\sqrt{(1-\varkappa^2 x^2)}}$$

Posito igitur $x = \sin\mathrm{am}\, u$, unde $\int_0^x \frac{\partial x}{\sqrt{(1-x^2)}\sqrt{(1-\varkappa^2 x^2)}} = u$, fit:

$$\int_0^y \frac{\partial y}{\sqrt{(1-y^2)}\sqrt{(1-\lambda^2 y^2)}} = \frac{u}{M}, \qquad y = \sin\mathrm{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right).$$

Quum functio $y = 1$ pro valore $x = \sin\mathrm{am}\frac{4p+1}{n}\omega$ inventa sit, atque non mutetur, si argumentum $\frac{u}{M}$ quantitate $\frac{2\omega}{nM}$ augetur, erit

$$\Lambda = \frac{\omega}{nM}$$

si litera Λ indicem periodi functionis $\sin\mathrm{am}(v, \lambda)$ designamus.

Coroll. I. Ex hac relatione inter transcendentes Λ et ω plane intelligitur, transformationem modo propositam ad numerum integrum n parem pertinere, in functione igitur y radicale numeratoris $\sqrt{(1-x^2)}$ ad ordinem transformationis complendum et ipsum esse adnumerandum. Hanc transformationem primam appellare convenit, quippe quae cum illa prima Cl. *Jacobi*, Fund. pag. 50 exposita plane congruat.

Coroll. II. Facile est intellectu, functiones

$$\sqrt{(1-y^2)} = \cos\mathrm{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right) \quad \text{atque} \quad \sqrt{(1-\lambda^2 y^2)} = \Delta\mathrm{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right)$$

sub forma, illi formulae

$$\sin\mathrm{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right) = \sqrt[n]{\left(\frac{\varkappa^n}{\lambda}\right)} \sin\mathrm{am}\, u \sin\mathrm{am}(u+\omega) \prod \sin\mathrm{am}\left(u \pm \frac{m\omega}{n}\right)$$

respondente, exhiberi non posse; itaque moduli λ complementum λ' minus eleganter, quam casu, quo n numerus est impar, exprimitur formula:

$$\lambda' = \frac{1}{\Delta\mathrm{am}\frac{\omega}{n}} \cdot \frac{\prod\left(1-\varkappa^2 \sin^2\mathrm{am}\frac{\omega}{n} \sin^2\mathrm{am}\frac{\mu\omega}{n}\right)}{\prod\left(1-\varkappa^2 \sin^2\mathrm{am}\frac{\omega}{n} \sin^2\mathrm{am}\frac{m\omega}{n}\right)}.$$

Coroll. III. Pro indice $\omega = ak + 2bik'$ facile derivatur formula $\sin\mathrm{am}(u \pm \omega) = (-1)^{\frac{a \mp 1}{2}} \sin\mathrm{coam}\, u$, vel $\sin\mathrm{am}\, u = (-1)^{\frac{a \mp 1}{2}} \sin\mathrm{coam}(u \mp \omega)$; unde sine studio cognoscitur, omnibus in formulis antea exhibitis $\sin^2\mathrm{am}\frac{2\omega}{n}$, $\sin^2\mathrm{am}\frac{4\omega}{n}$ etc., $\sin^2\mathrm{am}\frac{\omega}{n}$ etc., et ipsum $\sin^2\mathrm{am}\, u$ mutari posse sine errore cum $\sin^2\mathrm{coam}\frac{2\omega}{n}$, $\sin^2\mathrm{coam}\frac{4\omega}{n}$ etc., $\sin^2\mathrm{coam}\frac{\omega}{n}$ etc., $\sin^2\mathrm{coam}\, u$, ita ut ex. gr. etiam hae valent formulae:

$$M = (-1)^{\frac{a-1}{2}} \cdot \frac{\Pi \sin^2\mathrm{coam}\frac{\mu\omega}{n}}{\Pi \sin^2\mathrm{coam}\frac{m\omega}{n}}; \qquad \lambda = \varkappa^n \Pi \sin^4\mathrm{coam}\frac{\mu\omega}{n};$$

$$\sin\mathrm{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right) = \frac{\sin\mathrm{am}\, u \sin\mathrm{am}(u+\omega)}{n} \cdot \frac{\Pi\left(1 - \dfrac{\sin^2\mathrm{am}\, u}{\sin^2\mathrm{coam}\frac{m\omega}{n}}\right)}{\Pi\left(1 - \varkappa^2 \sin^2\mathrm{am}\, u \sin^2\mathrm{coam}\frac{m\omega}{n}\right)}$$

$$= \sqrt{\left(\frac{\varkappa^n}{\lambda}\right)} \sin\mathrm{coam}\, u \sin\mathrm{coam}(u-\omega) \Pi \sin\mathrm{coam}\left(u \pm \frac{m\omega}{n}\right);$$

atque aliae.

§. 6.

E formula (1.) §^{i} 5. sequitur:

$$\sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right) = \frac{\varkappa^2 M^2}{\lambda^2} \cdot \frac{x^2(1-x^2)}{(1-\varkappa^2 x^2)} \cdot \frac{\Pi\left(x^2 - \sin^2\mathrm{am}\frac{m\omega}{n}\right)^2}{\Pi\left(x^2 - \dfrac{1}{\varkappa^2 \sin^2\mathrm{am}\frac{m\omega}{n}}\right)^2}$$

ergo aequatio:

$$\frac{\lambda^2}{\varkappa^2 M^2} \sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right)(1-\varkappa^2 x^2) \Pi\left(x^2 - \frac{1}{\varkappa^2 \sin^2\mathrm{am}\frac{m\omega}{n}}\right)^2 - x^2(1-x^2) \Pi\left(x^2 - \sin^2\mathrm{am}\frac{m\omega}{n}\right)^2 = 0,$$

quae quum valeat pro ipso $x^2 = \sin^2\mathrm{am}\, u$, neque mutetur, si in $\sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u}{M}, \lambda\right)$ argumentum u abeat in $u \pm \frac{2p\omega}{n}$, radicibus quoque gaudeat necesse est:

$$\sin^2\mathrm{am}\left(u + \frac{2\omega}{n}\right),\ \sin^2\mathrm{am}\left(u + \frac{4\omega}{n}\right),\ \sin^2\mathrm{am}\left(u + \frac{6\omega}{n}\right),\ \ldots\ \sin^2\mathrm{am}\left(u + \frac{2(n-1)}{n}\omega\right),$$

sive

$$x^2 = \sin^2\mathrm{am}\, u,\ \sin^2\mathrm{am}\left(u + \frac{2\omega}{n}\right),\ \sin^2\mathrm{am}\left(u + \frac{4\omega}{n}\right),\ \ldots\ \sin^2\mathrm{am}\left(u + \frac{n-2}{n}\omega\right),$$

$$\sin^2\mathrm{am}(u+\omega),\ \sin^2\mathrm{am}\left(u - \frac{2\omega}{n}\right),\ \sin^2\mathrm{am}\left(u - \frac{4\omega}{n}\right),\ \ldots\ \sin^2\mathrm{am}\left(u - \frac{n-2}{n}\omega\right).$$

Quae quum omnes inter se discrepent, radices sunt omnes illius aequationis n^{ti} ordinis variabilis x^2; unde sequitur aequatio identica:

$$\frac{\lambda^2}{\varkappa^4 M^2}\sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u}{M},\lambda\right)(1-\varkappa^2x^2)\,\Pi\left(x^2-\frac{1}{\varkappa^2\sin^2\mathrm{am}\frac{m\omega}{n}}\right)^2-(1-x^2)\,x^2\,\Pi\left(x^2-\sin^2\mathrm{am}\frac{m\omega}{n}\right)$$

$$=[x^2-\sin^2\mathrm{am}\,u][x^2-\sin^2\mathrm{am}\,(u+\omega)]\,\Pi\left[x^2-\sin^2\mathrm{am}\left(u\pm\frac{m\omega}{n}\right)\right];$$

cui constans factor non adjicitur, quia in utraque ejus parte potestas summa x^{2n} in unitatem ducta est.

Si coefficientes potestatis x^{2n-2} in utraque parte inter se conferuntur, invenitur:

1. $$\frac{\lambda^2}{\varkappa^2M^2}\sin^2\mathrm{am}\left(\frac{u}{M},\lambda\right)+2\varrho=\sin^2\mathrm{am}\,u+\sin^2\mathrm{am}\,(u+\omega)+\Sigma\sin^2\mathrm{am}\left(u\pm\frac{m\omega}{n}\right)$$

ubi $2\varrho=1+2\Sigma\sin^2\mathrm{am}\frac{m\omega}{n}$, ergo

$$\frac{\lambda^2}{\varkappa^2M}+2\varrho=2\Sigma\sin^2\mathrm{am}\frac{\mu\omega}{n},$$

2. $$\frac{\lambda^2}{\varkappa^2M}\cos^2\mathrm{am}\left(\frac{u}{M},\lambda\right)=\cos^2\mathrm{am}\,u+\cos^2\mathrm{am}\,(u+\omega)+\Sigma\cos^2\mathrm{am}\left(u\pm\frac{m\omega}{n}\right)-2\sigma,$$

3. $$\frac{1}{M^2}\Delta^2\mathrm{am}\left(\frac{u}{M},\lambda\right)=\Delta^2\mathrm{am}\,u+\Delta^2\mathrm{am}\,(u+\omega)+\Sigma\Delta^2\mathrm{am}\left(u\pm\frac{m\omega}{n}\right)+2\tau;$$

ubi sunt

$$2\sigma=n-2\varrho-\frac{\lambda^2}{\varkappa^2M^2}=2\Sigma\cos^2\mathrm{am}\frac{\mu\omega}{n},$$

$$2\tau=2\varkappa^2\varrho-n+\frac{1}{M^2}=2\Sigma\cot^2\mathrm{am}\frac{\mu\omega}{n},$$

quia $\Delta\mathrm{am}\left(\frac{u}{M},\lambda\right)$ evanescit pro valore $u=\frac{\omega}{n}+i\omega'$, si quidem significat $i\omega'$ indicem cum ipso ω conjugatum $2ck+dik'$ aut $c'k+dik'$, ubi numeri d et c' impares sunt, $2c$ par est.

E valore autem functionis $\Delta\mathrm{am}\left(\frac{u}{M},\lambda\right)$, posito $\Delta\mathrm{am}\,u=z$, haec aequatio derivatur n^{ti} ordinis:

$$\Pi\left[z^2+\cot^2\mathrm{am}\frac{\mu\omega}{n}\right]-\frac{1}{M}\Delta\mathrm{am}\left(\frac{u}{M},\lambda\right)z\,\Pi\left[z^2+\cot^2\mathrm{am}\frac{m\omega}{n}\right]$$

$$=[z-\Delta\mathrm{am}\,u][z\Delta\mathrm{am}\,(u+\omega)]\,\Pi\left[z-\Delta\mathrm{am}\left(u\pm\frac{m\omega}{n}\right)\right];$$

unde colligitur:

4. $$\frac{1}{M}\Delta\mathrm{am}\left(\frac{u}{M},\lambda\right)=\Delta\mathrm{am}\,u+\Delta\mathrm{am}\,(u+\omega)+\Sigma\Delta\mathrm{am}\left(u\pm\frac{m\omega}{n}\right)$$

atque summa ambarum ex eisdem functionibus Δ formatarum $=\Sigma\cot^2\mathrm{am}\frac{\mu\omega}{n}$,

ergo, quod jam antea inventum,

$$\frac{1}{M^2}\Delta^2\mathrm{am}\left(\frac{u}{M},\lambda\right)$$
$$= \Delta^2\mathrm{am}\,u + \Delta^2\mathrm{am}\,(u+\omega) + \Sigma\,\Delta^2\mathrm{am}\left(u\pm\frac{m\,\omega}{n}\right) + 2\,\Sigma\,\mathrm{cot}^2\mathrm{am}\,\frac{\mu\,\omega}{n}.$$

Porro inde manat:

5. $$\Delta\mathrm{am}\,u\,\Delta\mathrm{am}\,(u+\omega)\,\Pi\,\Delta\mathrm{am}\left(u\pm\frac{m\,\omega}{n}\right) = \Pi\,\mathrm{cot}^2\mathrm{am}\,\frac{\mu\,\omega}{n},$$

quae formula jam sponte sequitur e formulis:

$$\Delta\mathrm{am}\,n\,\Delta\mathrm{coam}\,u = \Delta\mathrm{am}\,u\,\Delta\mathrm{am}\,(u+\omega) = \varkappa',$$
$$\mathrm{cot\,am}\,u\,\mathrm{cot\,am}\,(u+\omega) = \varkappa';$$

nam utraque ejus pars facile invenitur $= \varkappa'^{\frac{n}{2}}$.

---

§. 7.

De transformatione ad primam complementaria.

Formula, quae e valoribus functionum $\sin\mathrm{am}\left(\frac{u}{M},\lambda\right)$, $\cos\mathrm{am}\left(\frac{u}{M},\lambda\right)$ §° 5. propositis sponte manat:

$$\mathrm{tang\,am}\left(\frac{u}{M},\lambda\right) = \frac{\sin\mathrm{am}\,u\,\cos\mathrm{am}\,u}{M}\cdot\frac{\Pi\left(1-\dfrac{\sin^2\mathrm{am}\,u}{\sin^2\mathrm{am}\,\dfrac{m\,\omega}{n}}\right)}{\Pi\left(1-\dfrac{\sin^2\mathrm{am}\,u}{\sin^2\mathrm{coam}\,\dfrac{\mu\,\omega}{n}}\right)}$$
$$= \frac{\mathrm{tang\,am}\,u}{M}\cdot\frac{\Pi\left(1-\dfrac{\mathrm{tang}^2\mathrm{am}\,u}{\mathrm{tang}^2\mathrm{am}\,\dfrac{m\,\omega}{n}}\right)}{\Pi\left(1-\dfrac{\mathrm{tang}^2\mathrm{am}\,u}{\mathrm{tang}^2\mathrm{coam}\,\dfrac{\mu\,\omega}{n}}\right)}$$

posito $u = iu'$, $\omega = ak + 2bik' = i\omega_1$, i. e. $\omega_1 = 2bk' - aik$, quum sit $\mathrm{tang\,am}\,(iu',\varkappa) = i\,\sin\mathrm{am}\,(u',\varkappa')$; $\mathrm{tang\,coam}\,(iu',\varkappa) = \dfrac{-i}{\varkappa'\sin\mathrm{am}\,(u',\varkappa')}$ abit in hanc:

1. $$\sin\mathrm{am}\left(\frac{u'}{M'},\lambda'\right) = \frac{\sin\mathrm{am}\,u'}{M}\cdot\frac{\Pi\left(1-\dfrac{\sin^2\mathrm{am}\,u'}{\sin^2\mathrm{am}\,\dfrac{m\,\omega_1}{n}}\right)}{\Pi\left(1-\varkappa'^2\sin^2\mathrm{am}\,u'\sin^2\mathrm{am}\,\dfrac{\mu\,\omega_1}{n}\right)};\quad (\mathrm{mod.}\,\varkappa')$$

cujus denominator etiam hoc modo exprimi potest:

$$\Pi\left(1-\frac{\sin^2\mathrm{am}\,u'}{\sin^2\mathrm{am}\,\dfrac{\mu\,\omega_1}{n}}\right).$$

Eadem via inveniuntur e formulis:

$$\operatorname{cos\,am}\left(\frac{u}{M},\lambda\right)=\frac{\Pi\left(1-\dfrac{\sin^2\operatorname{am}u}{\sin^2\operatorname{coam}\dfrac{\mu\omega}{n}}\right)}{\Delta\operatorname{am}u\,\Pi\left(1-\varkappa^2\sin^2\operatorname{am}u\sin^2\operatorname{am}\dfrac{m\omega}{n}\right)}$$

et

$$\operatorname{sin\,coam}\left(\frac{u}{M},\lambda\right)=\frac{\left(1-\dfrac{\sin^2\operatorname{am}}{\sin^2\operatorname{coam}\dfrac{\mu\omega}{n}}\right)}{\Pi\left(1-\varkappa^2\sin^2\operatorname{am}u\sin^2\operatorname{coam}\dfrac{\mu\omega}{n}\right)}=\frac{\Pi\operatorname{sin\,coam}\left(u\pm\dfrac{\mu\omega}{n}\right)}{\Pi\sin^2\operatorname{coam}\dfrac{\mu\omega}{n}},$$

posito $u=iu'$, $\omega=i\omega_1$, **quum sit:**

$$\operatorname{cos\,am}iu'=\frac{1}{\operatorname{cos\,am}(u'\varkappa')},\qquad \operatorname{sin\,coam}iu'=\frac{1}{\Delta\operatorname{am}(u',\varkappa')};$$

$$\operatorname{cos\,am}\left(\frac{u'}{M},\lambda\right)=\frac{\Pi\left(1-\varkappa^2\operatorname{tang}^2\operatorname{am}u'\operatorname{tang}^2\operatorname{am}\dfrac{\mu\omega_1}{n}\right)}{\operatorname{sin\,coam}u'\,\Pi\left(1+\operatorname{tang}^2\operatorname{am}u'\,\Delta^2\operatorname{am}\dfrac{\mu\omega_1}{n}\right)}\pmod{\varkappa'}$$

sive

$$2.\quad \operatorname{cos\,am}\left(\frac{u'}{M},\lambda\right)=\operatorname{cos\,am}u'\,\Delta\operatorname{am}u'\,\frac{\Pi\left(1-\dfrac{\sin^2\operatorname{am}u'}{\sin^2\operatorname{coam}\dfrac{m\omega_1}{n}}\right)}{\Pi\left(1-\varkappa'^2\sin^2\operatorname{am}u'\sin^2\operatorname{am}\dfrac{\mu\omega_1}{n}\right)}\pmod{\varkappa'}$$

$$\left.\begin{aligned}\Delta\operatorname{am}\left(\frac{u'}{M},\lambda'\right)&=\frac{\Pi\left(1+\varkappa^2\dfrac{\operatorname{tang}^2\operatorname{am}u'}{\Delta^2\operatorname{am}\dfrac{\mu\omega_1}{n}}\right)}{\Pi\left(1+\operatorname{tang}^2\operatorname{am}u'\Delta^2\operatorname{am}\dfrac{\mu\omega_1}{n}\right)}\\ \text{sive}\\ 3.\quad \Delta\operatorname{am}\left(\frac{u'}{M},\lambda\right)&=\frac{\Pi\left(1-\varkappa'^2\sin^2\operatorname{am}u'.\sin^2\operatorname{coam}\dfrac{\mu\omega_1}{n}\right)}{\Pi\left(1-\varkappa'^2\sin^2\operatorname{am}u'.\sin^2\operatorname{am}\dfrac{\mu\omega_1}{n}\right)}\\ &=\frac{\Pi\Delta\operatorname{am}\left(u'\pm\dfrac{\mu\omega_1}{n}\right)}{\Pi\Delta^2\operatorname{am}\dfrac{\mu\omega_1}{n}}\end{aligned}\right\}\pmod{\varkappa'}$$

$$4.\quad i\sqrt{\left(\frac{\lambda}{\varkappa^n}\right)}\operatorname{tang\,am}\left(\frac{u'}{M},\lambda\right)$$

$$=(-1)^{\frac{n}{2}}\operatorname{tang\,am}u'.\operatorname{tang\,am}(u'+\omega_1)\,\Pi\operatorname{tang\,am}\left(u'\pm\frac{m\omega_1}{n}\right).\quad\pmod{\varkappa'}$$

Hanc transformationem, quippe quae ad moduli λ complementum λ' pertineat, cum Cl° *Jacobi complementarium* vocabimus.

Quantitates M, λ, λ', quas transformatio complementaria cum ipsa prima communes habet, evadunt quantitatibus $\varkappa'$ et ω_1 expressae:

$$M = (-1)^{\frac{n+1}{2}} \cdot \frac{\Pi \operatorname{tang}^2 \operatorname{am} \frac{\mu \omega_1}{n}}{\Pi \operatorname{tang}^2 \operatorname{am} \frac{m \omega_1}{n}} = (-1)^{\frac{n-1}{2}} \cdot \frac{\Pi \Delta^2 \operatorname{am} \frac{m \omega_1}{n}}{\Pi \Delta^2 \operatorname{am} \frac{\mu \omega_1}{n}},$$

$$\lambda = \varkappa^n \Pi \operatorname{tang}^4 \operatorname{am} \frac{\mu \omega_1}{n} = \frac{\varkappa^n}{\Pi \Delta^4 \operatorname{am} \frac{\mu \omega_1}{n}},$$

$$\frac{1}{\lambda'} = \cos \operatorname{am} \frac{\omega_1}{n} \Delta \operatorname{am} \frac{\omega_1}{n} \cdot \frac{\Pi \left(1 - \frac{\sin^2 \operatorname{am} \frac{\omega_1}{n}}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{m \omega_1}{n}} \right)}{\Pi \left(1 - \varkappa'^2 \sin^2 \operatorname{am} \frac{\omega_1}{n} \sin^2 \operatorname{coam} \frac{\mu \omega_1}{n} \right)}.$$

Indices transformationis complementariae conjugati sunt $\omega_1 = \frac{\omega}{i}$, atque $\omega' = \frac{i \omega'}{i} = d k' - 2 c i k$ *).

Quum igitur $\cos \operatorname{am}\left(\frac{u'}{M}, \lambda'\right)$ evanescat pro valoribus argumenti

$$u = \omega', \; 3\omega', \; 5\omega' \text{ etc.}$$

ergo pro eisdem $\sin \operatorname{am}\left(\frac{u'}{M}, \lambda'\right)$ unitati aequalis fiat; atque si argumentum u' augeatur quantitate $2\omega'$, $\sin \operatorname{am}\left(\frac{u'}{M}, \lambda'\right)$ non mutetur, erit

$$\frac{\omega'}{M} = \Lambda'$$

si quidem Λ' significat valorem argumenti u, quo fit $\sin \operatorname{am}(v, \lambda') = 1$ atque $\sin \operatorname{am}(v + 2\Lambda', \lambda') = \sin \operatorname{am}(v, \lambda')$, i. e, indicem periodi functionis $\sin \operatorname{am}(v, \lambda')$. Quantitas $i\Lambda'$ est index conjugatus functionis $\sin \operatorname{am}(v, \lambda)$; nam $\sin \operatorname{am}(v + 2i\Lambda', \lambda) = \sin \operatorname{am}(v, \lambda)$.

Coroll. Haec relatio $\frac{\omega'}{M} = \Lambda'$ non valet, si index ipsi ω conjugatus est formae $\mu k + \mu' i k'$.

---

*) Indici cuique multi sunt conjugati, quorum ille ω' unus est.

§. 8.

De transformatione secunda, rationali.

E formulis transformationis complementariae modo propositis concludere licet, transformationem paris ordinis etiam rationalem inveniri posse, cujus formulae ex illis prodeunt, substitutis $\varkappa$ et λ pro modulis $\varkappa'$ et λ'. Attamen eas separatim demonstrare necesse videtur.

Docuit Cl. *Jacobi* (Fund. pag. 18): si functiones elementi x integrae rationales A, B, C, D, W impar, V par, ita determinentur, ut sit:

$$V+U = (1+x)(1+\varkappa x)AA,$$
$$V-U = (1-x)(1-\varkappa x)BB,$$
$$V+\lambda U = CC,$$
$$V-\lambda U = DD.$$

fore, posito $y = \frac{U}{V}$

$$\frac{\partial y}{\sqrt{(1-y^2)}\sqrt{(1-\lambda^2 y^2)}} = \frac{\partial x}{M\sqrt{(1-x^2)}\sqrt{(1-\varkappa^2 x^2)}}$$

designante M quantitatem constantem.

Licet insuper, factores $(1+x)$, $(1+\varkappa x)$, $(1-x)$, $(1-\varkappa x)$ quibusdam modis inter se commutare; ex. gr.

$$V+U = (1+x)(1-\varkappa x)AA$$

conjunctum cum:

$$V-U = (1-x)(1+\varkappa x)BB$$

et ipsum satisfacit problemati. Hos igitur casus ut omnes comprehendamus, quippe qui una sola formula exprimi possint, conditiones duas

$$V-U = (1\mp x)(1\mp\varkappa x)BB,$$
$$V+U = (1\pm x)(1\pm\varkappa x)AA$$

in hanc unam conflamus:

$$V^2-U^2 = (1-x^2)(1-\varkappa^2 x^2)A'A',$$

qua conjunctione nihil theorematis mutatur.

Itaque, si n, ut antea, est numerus par quilibet, index $\omega_2 = 2ak+bik'$, cujus numeri integri $2a$ et b, ille par quilibet, hic impar, factorem communem non habeant, qui et ipse numerum n metitur; index conjugatus $\omega_2' = ck+2dik'$; ubi c impar est; ponamus

$$U = \frac{x}{M}\left(1-\frac{x^2}{\sin^2 \mathrm{am}\frac{2\omega_2}{n}}\right)\left(1-\frac{x^2}{\sin^2 \mathrm{am}\frac{4\omega_2}{n}}\right)\ldots\left(1-\frac{x^2}{\sin^2 \mathrm{am}\frac{n-2}{n}\omega_2}\right),$$

$$V = \left(1-\varkappa^2 x^2 \sin^2 \mathrm{am}\frac{\omega_2}{n}\right)\left(1-\varkappa^2 x^2 \sin^2 \mathrm{am}\frac{3\omega_2}{n}\right)\ldots\left(1-\varkappa^2 x^2 \sin^2 \mathrm{am}\frac{n-1}{n}\omega_2\right),$$

$$A' = AB = \left(1-\frac{x^2}{\sin^2 \operatorname{coam}\frac{2\omega_2}{n}}\right)\left(1-\frac{x^2}{\sin^2 \operatorname{coam}\frac{4\omega_2}{n}}\right)\ldots\left(1-\frac{x^2}{\sin^2 \operatorname{coam}\frac{n-2}{n}\omega_2}\right),$$

$$C = \left(1+\varkappa x \sin \operatorname{coam}\frac{\omega_2}{n}\right)\left(1+\varkappa x \sin \operatorname{coam}\frac{3\omega_2}{n}\right)\ldots\left(1+\varkappa x \sin \operatorname{coam}\frac{n-1}{n}\omega_2\right),$$

$$D = \left(1-\varkappa x \sin \operatorname{coam}\frac{\omega_2}{n}\right)\left(1-\varkappa x \sin \operatorname{coam}\frac{3\omega_2}{n}\right)\ldots\left(1-\varkappa x \sin \operatorname{coam}\frac{n-1}{n}\omega_2\right),$$

$$\lambda_2 = \frac{(-1)^{n+\frac{c-1}{2}}}{\cos \operatorname{am}\frac{\omega_2}{n}\,\Delta \operatorname{am}\frac{\omega_2}{n}} \cdot \frac{\Pi\left(1-\varkappa^2 \sin^2 \operatorname{am}\frac{\omega_2}{n}\sin^2 \operatorname{coam}\frac{\mu\omega_2}{n}\right)}{\Pi\left(1-\varkappa^2 \sin^2 \operatorname{am}\frac{\omega_2}{n}\sin^2 \operatorname{coam}\frac{m\omega_2}{n}\right)};$$

$$(-1)^{\frac{c-1}{2}} M_2 = \frac{\Pi\,\Delta^2 \operatorname{am}\frac{m}{n}\omega_2}{\Pi\,\Delta^2 \operatorname{am}\frac{\mu}{n}\omega_2};$$

tunc erit, posito $x = \sin \operatorname{am} u$, $y = \frac{U}{V} = \sin \operatorname{am}\left(\frac{u}{M_2}, \lambda_2\right)$. Ex quibus formulis manant sequentes:

1. $$y = \frac{U}{V} = \frac{\frac{x}{M_2}\Pi\left(1-\frac{x^2}{\sin^2 \operatorname{am}\frac{m}{n}\omega_2}\right)}{\Pi\left(1-\varkappa^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am}\frac{\mu\omega_2}{n}\right)},$$

2. $$\sqrt{(1-yy)} = \sqrt{(1-xx)}\sqrt{(1-\varkappa^2 xx)}\,\frac{A'}{V}$$
$$= \frac{\sqrt{(1-x^2)}\sqrt{(1-\varkappa^2 x^2)}\,.\,\Pi\left(1-\frac{x^2}{\sin^2 \operatorname{coam}\frac{m}{n}\omega_2}\right)}{\Pi\left(1-\varkappa^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am}\frac{\mu}{n}\omega_2\right)},$$

3. $$1+\lambda_2 y = \frac{CC}{V} = \frac{\Pi\left(1+\varkappa x\,.\,\sin \operatorname{coam}\frac{\mu}{n}\omega_2\right)^2}{\Pi\left(1-\varkappa^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am}\frac{\mu}{n}\omega_2\right)} = \frac{\Pi\left[1+\varkappa \sin \operatorname{am}\left(u \pm \frac{\mu}{n}\omega_2\right)\right]}{\Pi\,\Delta^2 \operatorname{am}\frac{\mu}{n}\omega_2},$$

4. $$1-\lambda^2 y = \frac{DD}{V} = \frac{\Pi\left(1-\varkappa x \sin \operatorname{coam}\frac{\mu}{n}\omega_2\right)^2}{\Pi\left(1-\varkappa^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am}\frac{\mu}{n}\omega_2\right)} = \frac{\Pi\left[1-\varkappa \sin \operatorname{am}\left(u \pm \frac{\mu}{n}\omega_2\right)\right]}{\Pi\,\Delta^2 \operatorname{am}\frac{\mu}{n}\omega_2},$$

5. $$\sqrt{(1-\lambda_2^2 y^2)} = \frac{CD}{V} = \frac{\Pi\left(1-\varkappa^2 x^2 \sin^2 \operatorname{coam}\frac{\mu}{n}\omega_2\right)}{\Pi\left(1-\varkappa^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am}\frac{\mu}{n}\omega_2\right)} = \frac{\Pi\,\Delta \operatorname{am}\left(u \pm \frac{\mu}{n}\omega_2\right)}{\Pi\,\Delta^2 \operatorname{am}\frac{\mu}{n}\omega_2},$$

Adnotentur hae quoque formulae, quae fluunt ex ipsa indicis τ_2 indole:

$$\sin\mathrm{am}(u+\omega_2)=\frac{(-1)^a}{\varkappa\sin\mathrm{am}\,u};\qquad \sin\mathrm{coam}(u\pm\omega_2)=\frac{(-1)^a}{\varkappa\sin\mathrm{coam}\,u};$$

$$\Delta\,\mathrm{am}(u\pm\omega_2)=(-1)^{\frac{b+1}{2}}\,i\cot\mathrm{am}\,u;\qquad \mathrm{tang\,am}(u\pm\omega_2)=\frac{(-1)^{\frac{b\mp1}{2}}.i}{\Delta\,\mathrm{am}\,u};$$

unde sequuntur:

$$6.\quad \Pi\sin^2\mathrm{am}\frac{\mu}{n}\omega_2=\frac{1}{\varkappa^2\,\Pi\sin^2\mathrm{am}\frac{\mu}{n}\omega_2},$$

$$7.\quad \Pi\sin^2\mathrm{am}\frac{m}{n}\omega_2=\frac{1}{\varkappa^{n-2}\Pi\sin^2\mathrm{am}\frac{m}{n}\omega_2}.$$

Eaedem valent formulae, si mutas sin am cum sin coam

$$8.\quad \varkappa^{n-1}\Pi\sin^2\mathrm{am}\frac{m}{n}\omega_2\sin^2\mathrm{am}\frac{\mu}{n}\omega_2=(-1)^{n+1},$$

$$9.\quad \Pi\,\mathrm{tang}^2\mathrm{am}\frac{\mu}{n}\omega_2=\frac{(-1)^{\frac{n}{2}}}{\Pi\,\Delta^2\mathrm{am}\frac{\mu}{n}\omega_2};$$

$$10.\quad \Pi\,\mathrm{tang}^2\mathrm{am}\frac{m}{n}\omega_2=\frac{(-1)^{\frac{n}{2}-1}}{\Pi\,\Delta^2\mathrm{am}\frac{m}{n}\omega_2}.$$

§. 9.

His praemissis, evincamus, e formula 4. §^{i} antecedentis

$$4.\quad 1-\lambda_2 y=\frac{\Pi\left(1-\varkappa x\sin^2\mathrm{coam}\frac{\mu}{n}\omega_2\right)^2}{\Pi\left(1-\varkappa^2x^2\sin^2\mathrm{am}\frac{\mu}{n}\omega_2\right)}=\frac{\Pi\left[1-\varkappa\sin\mathrm{am}\left(u\pm\frac{\mu}{n}\omega_2\right)\right]}{\Pi\,\Delta^2\mathrm{am}\frac{\mu}{n}\omega_2}$$

ubi quantitas λ_2 datur expressione:

$$\sqrt{(1-\lambda_2\lambda_2)}=\lambda_2'=\frac{\Pi\,\Delta^2\mathrm{coam}\frac{\mu}{n}\omega_2}{\Pi\,\Delta^2\mathrm{am}\frac{\mu}{n}\omega_2}=\frac{\varkappa'^n}{\Pi\,\Delta^4\mathrm{am}\frac{\mu}{n}\omega_2},$$

reliquas deduci posse formulas; tum sponte sequetur illa principalis:

$$\frac{\partial y}{\sqrt{(1-y^2)}\sqrt{(1-\lambda_2^2y^2)}}=\frac{\partial x}{M_2\sqrt{(1-x^2)}\sqrt{(1-\varkappa^2x^2)}}$$

posito:

$$(-1)^{\frac{c-1}{2}}M_2=\frac{\Pi\,\Delta^2\mathrm{am}\frac{m}{n}\omega_2}{\Pi\,\Delta^2\mathrm{am}\frac{\mu}{n}\omega_2},$$

$$\lambda_2 = 2\varkappa M_2 . \Sigma \sin \operatorname{coam} \frac{\mu}{n} \omega_2$$

$$= \frac{(-1)^{a+\frac{c-1}{2}}}{\cos \operatorname{am} \frac{\omega_2}{2} . \Delta \operatorname{am} \frac{\omega_2}{n}} \cdot \frac{\Pi\left(1-\varkappa^2 \sin^2 \operatorname{am} \frac{\omega_2}{n} \sin^2 \operatorname{coam} \frac{\mu}{n} \omega_2\right)}{\Pi\left(1-\varkappa^2 \sin^2 \operatorname{am} \frac{\omega_2}{n} \sin^2 \operatorname{coam} \frac{m}{n} \omega_2\right)}.$$

Primum e formula (4.) facile colligitur, pro valore argumenti $u = 0$ sive pro $x = 0$ et ipsam functionem y evanescere, atque insuper minime mutari, quoties abeat argumentum u in $u \pm \frac{2p}{n}\omega_2$. Unde patet, y evanescere pro his valoribus argumenti u omnibus

$$0, \quad \frac{2\omega_2}{n}, \quad \frac{4\omega_2}{n}, \quad \ldots . \quad \frac{2(n-1)}{n}\omega_2,$$

quibus respondent valores ipsius $x = \sin \operatorname{am} u$:

$$0, \quad \sin \operatorname{am} \frac{2\omega_2}{n}, \quad \sin \operatorname{am} \frac{4\omega_2}{n}, \quad \ldots . \quad \sin \operatorname{am} \frac{2(n-1)}{n}\omega_2$$

sive

$$0, \quad \pm \sin \operatorname{am} \frac{2\omega_2}{n}, \quad \pm \sin \operatorname{am} \frac{4\omega_2}{n}, \quad \ldots . \quad \pm \sin \operatorname{am} \frac{n-2}{n}\omega_2,$$

quos omnes inter se discrepare sine negotio probatur.

Si autem functionis $1-\lambda_2 y$ denominatorem V appellamus, i. e.

$$V = \Pi\left(1-\varkappa^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} \frac{\mu}{n} \omega_2\right)$$

atque ponimus $y = \frac{U}{V}$, quum pro valore $u = \omega_2$ elementum $x = \pm\infty$ evadere, y vero evanescere videamus, functionem V ordinis esse majoris quam U, jure concludimus, quum deinde $\frac{\partial y}{\partial x}$ pro eodem valore $x = \infty$ non evanescat, functio $U(n-1)^{\text{ti}}$ ordinis erit. Functio U igitur evanescit pro eisdem ipsius x valoribus, quibus $y = 0$ efficitur, excluso hoc $\sin \operatorname{am} \omega_2$; itaque radices aequationis $U = 0$ sunt hi valores quantitatis x:

$$0, \quad \pm \sin \operatorname{am} \frac{2\omega_2}{n}, \quad \pm \sin \operatorname{am} \frac{4\omega_2}{n}, \quad \ldots . \quad \pm \sin \operatorname{am} \frac{n-2}{n}\omega_2.$$

Unde ponere licet:

$$y = \frac{U}{V} = \frac{\frac{x}{M_2} \Pi\left(1-\frac{x^2}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{m\omega_2}{n}}\right)}{\Pi\left(1-\varkappa^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} \frac{\mu\omega_2}{n}\right)}$$

ubi M_2 est quantitas constans, apte determinanda.

Mutato x in $-x$, y in $-y$ abire intelligimus; fit igitur

$$1+\lambda_2 y = \frac{\Pi\left(1+\varkappa x \sin \operatorname{coam} \frac{\mu\omega_2}{n}\right)^2}{\Pi\left(1-\varkappa^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} \frac{\mu\omega_2}{n}\right)} = \frac{\Pi\left[1+\varkappa \sin \operatorname{am}\left(u \pm \frac{\mu\omega_2}{n}\right)\right]}{\Pi \Delta^2 \operatorname{am} \frac{\mu\omega_2}{n}}$$

quae formula ducta in (4.) praebet (5.) §^{i} anteced.

Quum deinde functionem $\sqrt{(1-\lambda_2^2 y^2)}$ valorem λ_2' accipere videamus pro valore $x = \pm 1$, i. e. $x = \sin \operatorname{am} i\omega_2'$, ubi $i\omega_2' = ck + 2dik'$, index conjugatus cum ipso ω_2, numeros coefficientes habet c imparem, $2d$ parem, eodem valore ipsius x functionem $\pm y$ unitati aequalem fieri oportet. Itaque constantem M_2 ita determinare convenit, ut pro $x = \sin \operatorname{am} i\omega_2'$ efficiatur $y = 1$.

Ergo invenitur:

$$M_2 = (-1)^{\frac{c-1}{2}} \cdot \frac{(-1)^{\frac{n}{2}-1} \Pi \cot^2 \operatorname{am} \frac{m\omega_2}{n}}{\Pi \Delta^2 \operatorname{am} \frac{\mu\omega_2}{n}} = (-1)^{\frac{c-1}{2}} \frac{\Pi \Delta^2 \operatorname{am} \frac{m\omega_2}{n}}{\Pi \Delta^2 \operatorname{am} \frac{\mu\omega_2}{n}}.$$

Relatione antea inventa (vid. form. 8. §^{i} anteced.)

$$(-1)^{a+1} = \varkappa^{n-1} \Pi \sin^2 \operatorname{am} \frac{\mu\omega_2}{n} \Pi \sin^2 \operatorname{am} \frac{\mu\omega_2}{n}$$

cognoscitur aliquod, functioni nostrae y proprium: „y posito $\frac{1}{\varkappa x}$ loco x transire in $(-1)^a y$; vel generalius, posito $\sin \operatorname{am}(u+\omega_2)$ pro ipso $x = \sin \operatorname{am} u$, non mutari y" (cf. *Jac.* Fund. pag. 41 mod.).

Nam substitutione facta $\frac{1}{\varkappa x}$ loco x, transmutatur y in:

$$\frac{-\frac{x}{M_2} \Pi\left(1-\varkappa^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} \frac{m\omega_2}{n}\right)}{\varkappa^{n-1} \Pi \sin^2 \operatorname{am} \frac{m\omega_2}{n} \Pi \sin^2 \operatorname{am} \frac{\mu\omega_2}{n} \Pi\left(1-\frac{x x}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{\mu\omega_2}{n}}\right)}$$

$$= (-1)^a \cdot \frac{\frac{x}{M_2} \cdot \Pi\left(1-\frac{x^2}{\sin^2 \operatorname{am} \frac{m\omega_2}{n}}\right)}{\Pi\left(1-\varkappa^2 x^2 \sin^2 \operatorname{am} \frac{\mu\omega_2}{n}\right)} = (-1)^a y.$$

Inde sequitur, quum sit $y = 1$ pro $x = \sin \operatorname{am} i\omega_2'$, y etiam fieri $= 1$ pro valore $u = i\omega_2' + \omega_2$ sive pro $x = \sin \operatorname{am}(\omega_2 + i\omega_2')$. Inter quantitates M_2 et λ_2 relatio tantummodo valet

$$\frac{\lambda_2}{M_2} = 2\varkappa \Sigma \sin \operatorname{coam} \frac{\mu\omega_2}{n},$$

quae reperitur, si e functionibus y et $1-\lambda_2 y$ valor ipsius $\frac{\partial y}{\partial x}$ pro $x=0$ deducitur; atque alia formae diversae, quae hoc modo invenitur. Si enim valorem

$$x = \sin\mathrm{am}\left(i\omega_2' + \frac{\omega_2}{n}\right) = (-1)^{\frac{c-1}{2}} \sin\mathrm{coam}\frac{\omega_2}{n}$$

in functionibus $1-\lambda_2 y$ et $1+\lambda_2 y$ substituimus, omnes factores nanciscuntur valores a mera cifra diversos praeter unum:

$$\frac{\left(1-\varkappa(-1)^{\frac{c-1}{2}} \sin\mathrm{coam}\frac{n-1}{n}\omega_2 \sin\mathrm{coam}\frac{\omega_2}{n}\right)^2}{1-\varkappa^2 \sin^2\mathrm{am}\frac{n-1}{n}\omega_2 \sin^2\mathrm{coam}\frac{\omega_2}{n}},$$

aut

$$\frac{\left(1+\varkappa(-1)^{\frac{c-1}{2}} \sin\mathrm{coam}\frac{n-1}{n}\omega_2 \sin\mathrm{coam}\frac{\omega_2}{n}\right)^2}{1-\varkappa^2 \sin^2\mathrm{am}\frac{n-1}{n}\omega_2 \sin\mathrm{coam}\frac{\omega_2}{n}}$$

qui, formula adhibita

$$\frac{[1\pm\varkappa \sin\mathrm{coam}\, u \sin\mathrm{coam}\, a]^2}{1-\varkappa^2 \sin^2\mathrm{coam}\, u \sin^2\mathrm{am}\, a} = \frac{[1\pm\varkappa \sin\mathrm{coam}\,(u+a)][1\pm\varkappa \sin\mathrm{coam}\,(u-a)]}{\Delta^2\,\mathrm{am}\, a}$$

vertuntur in:

$$\frac{\left[1-(-1)^{\frac{c-1}{2}}\varkappa \sin\mathrm{coam}\,\omega_2\right]\left[1-(-1)^{\frac{c-1}{2}}\varkappa \sin\mathrm{coam}\frac{n-2}{n}\omega_2\right]}{\Delta^2\,\mathrm{am}\frac{n-1}{n}\omega_2}$$

atque

$$\frac{\left[1+(-1)^{\frac{c-1}{2}}\varkappa \sin\mathrm{coam}\,\omega_2\right]\left[1+(-1)^{\frac{c-1}{2}}\varkappa \sin\mathrm{coam}\frac{n-2}{n}\omega_2\right]}{\Delta^2\,\mathrm{am}\frac{n-1}{n}\omega_2}.$$

Quarum expressionum prima evanescit pro numeris a et $\frac{c-1}{2}$ utroque simul sive pari sive impari, secunda vero pro numero a pari, $\frac{c-1}{2}$ impari, nec non a impari, $\frac{c-1}{2}$ pari. Itaque ambobus casibus prioribus $1-\lambda_2 y$, posterioribus $1+\lambda_2 y$ pro valore $x = \sin\mathrm{am}\left(i\omega_2' + \frac{\omega_2}{n}\right)$ evanescere videmus; unde sequitur: $y = \frac{(-1)^{a+\frac{c-1}{2}}}{\lambda_2}$ pro ipso $x = \sin\mathrm{am}\left(i\omega_2' + \frac{\omega_2}{n}\right)$.

Qua substitutione facta nanciscimur:

$$\frac{(-1)^a}{\lambda_2} = \frac{\sin^2 \operatorname{coam} \frac{\omega_2}{n} . (-1)^{\frac{n}{2}-1} . \Pi\left(\sin^2 \operatorname{coam} \frac{\omega_2}{n} - \sin^2 \operatorname{am} \frac{m\,\omega_2}{n}\right)}{M_2 \Pi \sin^2 \operatorname{am} \frac{m\,\omega_2}{n} . \Pi\left(1 - \varkappa^2 \sin^2 \operatorname{coam} \frac{\omega_2}{n} \sin^2 \operatorname{am} \frac{\mu\,\omega_2}{n}\right)}$$

et, quia $y = 1$ pro $x = \sin \operatorname{am}(\omega_2 + i\omega_2')$

$$(-1)^{\frac{c-1}{2}+a} M_2 = (-1)^{\frac{n}{2}-1} \frac{\Pi \Delta^2 \operatorname{am} \frac{m}{n} \omega_2}{\varkappa^{n-1} \Pi \sin^2 \operatorname{am} \frac{m}{n} \omega_2 \Pi \cos^2 \operatorname{am} \frac{\mu}{n} \omega_2},$$

unde

$$(-1)^{\frac{c-2}{2}} \lambda_2 = \frac{\Pi \Delta^2 \operatorname{am} \frac{m\,w_2}{n} . \Pi\left(1 - \varkappa^2 \sin^2 \operatorname{coam} \frac{\omega_2}{n} \sin^2 \operatorname{am} \frac{\mu\,\omega_2}{n}\right)}{\varkappa^{n-1} \sin \operatorname{coam} \frac{\omega_2}{n} \Pi \cos^2 \operatorname{am} \frac{\mu\,\omega_2}{n} \Pi\left(\sin^2 \operatorname{coam} \frac{\omega_2}{n} - \sin^2 \operatorname{am} \frac{m}{n} \omega_2\right)},$$

quae formula, adhibitis nonnullis levibus transformationibus, atque formulis demonstratu facilibus:

$$(-1)^{\frac{n}{2}} \Pi \sin \operatorname{am} \frac{\mu}{n} \omega_2 = \Pi \sin^2 \operatorname{coam} \frac{\mu}{n} \omega_2,$$

$$(-1)^a \Pi \sin \operatorname{coam} \frac{m}{n} \omega_2 = \frac{(-1)^{\frac{n}{2}}}{\varkappa^{n-1} \Pi \sin^2 \operatorname{am} \frac{\mu}{n} \omega_2},$$

abit in hanc supra datam:

$$\lambda_2 = \frac{(-1)^{a+\frac{c-1}{2}}}{\cos \operatorname{am} \frac{\omega_2}{n} \Delta \operatorname{am} \frac{\omega_2}{2}} \cdot \frac{\Pi\left(1 - \varkappa^2 \sin^2 \operatorname{am} \frac{\omega_2}{n} \sin^2 \operatorname{coam} \frac{\mu\,\omega_2}{n}\right)}{\Pi\left(1 - \varkappa^2 \sin^2 \operatorname{am} \frac{\omega_2}{n} \sin^2 \operatorname{coam} \frac{m\,\omega_2}{n}\right)}.$$

Forma elegantior moduli λ_2, quod sciam, non datur.

Coroll. Si index conjugatus $i\omega_2' = ck + dik'$ numeros coefficientes habet ambos impares, $y = 1$ efficitur valore $x = \sin \operatorname{am}(\omega_2 + i\omega_2')$, atque factor $(-1)^{\frac{c-1}{2}}$ quantitatis M_2 abit in $(-1)^{\frac{c-1}{2}+a}$, et pro

$$x = \sin \operatorname{am}\left(i\omega_2' + \omega_2 + \frac{\omega_2}{n}\right) \text{ evadit } y = \frac{(-1)^{\frac{c-1}{2}}}{\lambda_2}.$$

Functionem deinde $A^2 - y^2 = \frac{V^2 A^2 - U^2}{V^2}$ derivaturi, ubi A est quantitas quaecunque data, primum videmus, $V^2 A^2 - U^2$ in universum functionem esse ipsius x parem $2n^{\text{ti}}$ ordinis, sive n^{ti} ordinis elementi x^2, quae evanescet pro omnibus ipsius x^2 valoribus, quibus $y^2 = A^2$ evadat. Horum valorum si unum ponamus $x^2 = \sin^2 \operatorname{am} \alpha$, ubi α ab ipsius A^2 valore pendet, sequitur, quum functionem y^2 non mutari intellexerimus, quoties argumentum u abeat iu $u + \frac{2p}{n} \omega_2$, valores esse alios:

$$\sin^2\mathrm{am}\left(\alpha+\frac{2\omega_2}{n}\right),\ \sin^2\mathrm{am}\left(\alpha+\frac{4\omega_2}{n}\right),\ \ldots.\ \sin^2\mathrm{am}(\alpha+\omega_2),\ \ldots.\ \sin^2\mathrm{am}\left(\alpha+\frac{2(n-1)}{n}\omega_2\right),$$

sive

$$\sin^2\mathrm{am}\,\alpha,\quad \sin^2\mathrm{am}\left(\alpha+\frac{2\omega_2}{n}\right),\ \sin^2\mathrm{am}\left(\alpha+\frac{4\omega_2}{n}\right),\ \ldots.\ \sin^2\mathrm{am}\left(\alpha+\frac{n-2}{n}\omega_2\right),$$

$$\sin^2\mathrm{am}(\alpha+\omega_2),\ \sin^2\mathrm{am}\left(\alpha-\frac{2\omega_2}{n}\right),\ \sin^2\mathrm{am}\left(\alpha-\frac{4\omega_2}{n}\right),\ \ldots.\ \sin^2\mathrm{am}\left(\alpha-\frac{n-2}{n}\omega_2\right).$$

Quas n radices aequationis $V^2A^2-U^2=0$ omnes generaliter inter se discrepare, eodem, quo §° 5. factum est, modo ostenditur. Itaque ponere licet:

den Curve A anfänglich und am Ende der Bewegung berührt wird, g und g_1, und zieht man die Geraden pg, p_1g_1, so entsteht ein gemischtliniges Viereck pgg_1p_1p, von dessen drei geradlinigen Seiten zwei, nämlich pg und p_1g_1, gleich und parallel sind, und die dritte gg_1 dem Umfange der Curve A gleich ist. (Die vierte Seite ist nemlich die genannte Curve pp_1.) Nun kann gefragt werden:

a) wie läfst sich der Inhalt des Vierecks pgg_1p_1p, und

b) wie die Länge der Curve pp_1 ausdrücken, wenn die rollende Curve A nebst der Lage des beschreibenden Punctes p, in Bezug auf dieselbe, gegeben ist? und ferner:

c) welche Lage mufs der Punct p (in Bezug auf A) haben, damit der Inhalt des Vierecks, oder

d) damit die Länge der Curve pp_1 ein Minimum wird? und endlich:

e) welches ist der Ort des Punctes p, wenn der Inhalt des Vierecks pgg_1p_1p, oder die Länge der Curve pp_1 gegeben ist?

Dieselben Fragen sind zu stellen, wenn die Curve A (statt auf der Geraden G), auf einem gegebenen festen Kreise, oder auf irgend einer andern gegebenen festen Curve rollt.

Wenn bei dieser und bei der vorigen Aufgabe (2.) eine und dieselbe Curve A und der nemliche Punct p zugleich betrachtet werden, welches merkwürdige Verhältnifs findet dann zwischen den Flächeninhalten der Curve B und des Vierecks pgg_1p_1p statt, und welches zwischen den Längen der Curven B und pp_1? Durch dieses Verhältnifs sind nemlich beide Aufgaben von einander abhängig, so dafs sie im Grunde in eine einzige zusammenfallen.

4. Wenn die Grundlinien zweier Dreiecke, einzeln genommen, ihrer Gröfse nach gegeben sind, und wenn die Summe der vier übrigen Seiten gegeben ist, so sollen diese letztern einzeln so bestimmt werden, dafs die Summe der Flächeninhalte beider Dreiecke ein Maximum wird. Oder umgekehrt: Wenn die Summe der Flächeninhalte zweier Dreiecke und ihre Grundlinien einzeln gegeben sind, so soll man ihre übrigen vier Seiten finden für den Fall, wo die Summe derselben ein Minimum ist.

Die nemlichen Fragen sind auf Vierecke, Fünfecke u. s. w. anzuwenden. Sie führen zuletzt auf nachstehende Fragen.

5. Wenn von zwei Kreis-Segmenten (von verschiedenen Kreisen) die Grundlinien (oder Sehnen) einzeln gegeben sind, und wenn entweder α) die Summe ihrer Bogen, oder β) die Summe ihrer Flächeninhalte gegeben ist, so soll das Verhältnifs der Radien der beiden Kreise, oder das Verhältnifs der Bogen, oder der Inhalte der Segmente gefunden werden, welches statt finden mufs, damit im Falle (α) die Summe der Inhalte der Segmente ein Maximum, oder im Falle (β) die Summe der Bogen ein Minimum wird.

6. Wenn die Grundflächen zweier dreiseitigen Pyramiden der Form und Gröfse nach gegeben sind, und wenn ferner entweder α) die Summe

ihrer übrigen sechs Flächen, oder β) die Summe ihrer Körperinhalte gegeben ist, so ist die Frage: wie müssen sich ihre Oberflächen, oder wie ihre Körperinhalte zu einander verhalten, damit im ersten Falle (α) die Summe ihrer Körperinhalte ein Maximum, oder im andern Falle (β) die Summe ihrer Oberflächen (also auch ihrer 6 Seitenflächen) ein Minimum sei?

Dieselben Fragen bei 4, 5, 6, ... *n*seitigen Pyramiden; desgleichen bei Kegeln, wenn z. B. die gegebenen Grundflächen Kreise sind.

7. Wenn die Grundflächen (oder Grundkreise) zweier Kugel-Segmente einzeln gegeben sind, und wenn entweder α) die Summe ihrer Oberflächen, oder β) die Summe ihrer Körperinhalte gegeben ist, so ist die Frage: wie müssen sich die Radien der zugehörigen Kugeln, oder wie müssen sich die Oberflächen, oder die Körperinhalte der Segmente zu einander verhalten, damit im Falle (α) die Summe der Körperinhalte ein Maximum, oder im Falle (β) die Summe der Oberflächen ein Minimum sei?

8. Sind zwei gegenüberstehende Kanten einer dreiseitigen Pyramide der Gröfse nach gegeben und liegen sie in zwei gegebenen festen Geraden A, A_1, so ist bekanntlich der Körperinhalt der Pyramide constant, man mag jene Kanten auf diesen festen Geraden annehmen, wo man will. „Dagegen ist die Oberfläche der Pyramide ein Minimum, wenn man die Kanten so annimmt, dafs die Gerade, welche ihre Mitten verbindet, auf beiden senkrecht steht."

9. Wenn im Raume irgend drei unbegrenzte feste Geraden, wovon keine zwei in einer Ebene liegen, gegeben sind, so soll erstens unter allen Dreiecken, deren Ecken beziehlich in den drei Geraden liegen, dasjenige gefunden werden, *a*) dessen Umfang, oder *b*) dessen Flächeninhalt, oder *c*) dessen umschriebener Kreis ein Minimum ist*); oder es soll zweitens unter allen Kugeln, welche die drei Geraden berühren, die kleinste gefunden werden.

10. Sind die Grundlinien dreier Dreiecke im Raume der Gröfse und Lage nach gegeben, und sollen ihre Spitzen in irgend einem Puncte vereinigt sein, so soll diejenige Lage dieses Punctes gefunden werden, für welche die Summe der Flächeninhalte der drei Dreiecke ein Minimum ist. — Wenn ferner die drei Grundlinien der Gröfse nach gegeben sind, und wenn sie respective in irgend drei der Lage nach gegebenen unbegrenzten Geraden im Raume liegen sollen, so soll ihre Lage in diesen, so wie die Lage ihrer gemeinschaftlichen Spitze gefunden werden, für welche die Summe ihrer Flächeninhalte ein Minimum wird.

11. Wenn irgend eine Curve C von doppelter Krümmung gegeben ist, und man zieht aus einem beliebigen Puncte P im Raume nach allen

---

*) Das verlangte Dreieck mit dem kleinsten Umfange hat nothwendigerweise die Eigenschaft, dafs die Geraden, welche seine Winkel hälften, beziehlich auf den drei gegebenen festen Geraden senkrecht stehen.

Puncten derselben gerade Linien, so erfüllen diese irgend eine kegelförmige krumme Fläche F. Es soll derjenige Punct P gefunden werden, für welchen die Fläche F ein Minimum wird.

Diese Aufgabe wird einfacher, wenn statt der Curve C irgend ein geradliniges schiefes Vieleck (Viereck, Fünfeck, u. s. w.) im Raume gegeben ist.

12. Wenn die Seiten (oder ihre Verlängerungen) eines beliebigen gleichseitigen n Ecks in der Ebene beziehlich durch irgend n gegebene Puncte gehen, so soll der Ort seiner Ecken, einzeln genommen, gefunden werden *). — Giebt es unter den verschiedenen n Ecken, im Allgemeinen, ein solches, welches die Eigenschaft hat, dafs, wenn man in den gegebenen n Puncten auf seine Seiten Lothe errichtet, diese einander in irgend einem und demselben Puncte treffen?

Die nämlichen Fragen finden statt, wenn die Seiten des n Ecks, anstatt gleich zu sein, irgend ein gegebenes Verhältnifs zu einander haben sollen, z. B. sich verhalten sollen, wie irgend n gegebene Gröfsen.

13. Wenn die Ecken eines α) gleichseitigen, oder β) gleichwinkligen ebenen n Ecks nach der Reihe in irgend n festen unbegrenzten Geraden liegen: welche Curven umhüllen dann seine Seiten, einzeln genommen, in dem einen (α) und andern (β) Falle?

14. Läfst man, bei einem gegebenen Kreise $ADBE$ (Fig. 10.), einen Bogen AB, von dessen Endpuncten der eine A fest ist, von Null an stetig wachsen, so beschreibt sein Schwerpunct C irgend eine krumme Linie ACM. Welche Eigenschaft hat diese barycentrische Linie? — Es ist leicht zu sehen, dafs dieselbe so oft durch den Mittelpunct M des Kreises geht, als der bewegliche Endpunct B des Bogens seine Peripherie durchläuft, oder zu dem festen Endpuncte A zurückkehrt, dafs sie daselbst (in M) den festen Durchmesser AME eben so oft berührt, und dafs sie aufserdem bei jedem spätern Umlaufe des Punctes B eine Schleife beschreibt, die sich immer mehr zusammenzieht, so dafs jede Schleife die darauf folgende einschliefst. Ferner bemerkt man leicht die Eigenschaft, dafs jede Tangente BC der barycentrischen Curve durch den beweglichen Endpunct B des jedesmaligen Bogens AB geht, welcher den Berührungspunct C der Tangente zum Schwerpunct hat.

Dieselbe Frage ist allgemein zu stellen, wo, statt des Kreises, irgend eine Curve gegeben ist.

Auch kann die Frage umgekehrt werden, d. h. es kann zu einer gegebenen barycentrischen Curve die ihr zugehörige Curve gesucht werden. Wenn z. B. die barycentrische Curve ein Kreis ist: welches ist dann die zugehörige Curve? Oder wenn ferner die Tangente BC zum Bogen AC ein constantes Verhältnifs haben soll, etwa wie 2:3, welches ist alsdann die gegebene Curve $ADBE$?

---

*) Die Gröfse der Seiten des in Rede stehenden n Ecks ist natürlicherweise willkürlich; eben so braucht es nicht convex zu sein, sondern es ist im allgemeinsten Sinne zu nehmen.

15. Es finden ähnliche Fragen statt, wie bei der vorigen Aufgabe (14.), wenn man den Schwerpunct des Segmentes (anstatt des Bogens) ADB berücksichtigt; wobei nemlich ebenfalls der Punct A fest bleibt und der andere B sich in der gegebenen Curve fortbewegt. — Ferner finden gleiche Fragen in Rücksicht auf den Schwerpunct eines veränderlichen Sectors AMB statt, wenn nämlich M irgend ein fester Pol (nicht nothwendig der Mittelpunct der gegebenen Curve, welche beliebig ist), und wenn der eine Schenkel MA des Sectors fest ist, dagegen der andere MB sich um den Pol M dreht *). Übrigens läfst sich die gegenwärtige Aufgabe auf die vorige (14.) zurückführen, oder sie fällt im Grunde ganz mit ihr zusammen.

Es darf wohl kaum erwähnt werden, dafs ähnliche Fragen über krumme Flächen, so wie über Linien von doppelter Krümmung aufzustellen sind.

16. In der Elementargeometrie wird gelehrt, unter welchen Bedingungen ein n Eck in der Ebene bestimmt sei, welche und wie viele von seinen Elementen, Seiten und Winkel, gegeben sein müssen, damit die übrigen dadurch bestimmt sind.

Es käme nun darauf an, zu untersuchen, unter welchen Bedingungen ein schiefes n Eck im Raume bestimmt sei, d. h., welche und wie viele von seinen $3n$ Elementen oder Stücken (nämlich n Seiten, n Winkel und n Flächenwinkel) gegeben sein müssen, damit alle fehlenden dadurch bestimmt sind. — Wenn z. B. im Allgemeinen nur 6 Stücke fehlen dürfen, so würde folgen, dafs ein schiefes n Eck nur bis zum 6 Ecke durch blofs zwei Arten von Elementen, z. B. blofs durch Seiten und Winkel, bestimmt ist, und dafs dagegen zur Bestimmung der folgenden schiefen Vielecke, vom 7 Eck an, nothwendig dreierlei Elemente erforderlich sind. Durch nur zweierlei Elemente, etwa durch Seiten und Winkel, ist unter andern z. B. das schiefe Viereck bestimmt, wenn die vier Seiten und zwei an einer Seite liegenden Winkel gegeben sind; das schiefe Fünfeck, wenn alle 5 Seiten und 4 Winkel, und das schiefe Sechseck, wenn alle Seiten und alle Winkel gegeben sind.

Das Wort „bestimmt" ist hier in der allgemeinern Bedeutung zu nehmen, dafs nemlich nicht unendlich viele, sondern nur irgend eine bestimmte Zahl von verschiedenen Vielecken mit den gegebenen Elementen möglich sind. In den Fällen, wo mehr als ein Vieleck möglich ist, müssen alsdann, um auf die Congruenz zweier, aus den nämlichen gegebenen Stücken, gebildeten Vielecke zu schliefsen, noch andere Nebenbedingungen hinzugefügt werden, eben so wie bei einigen Fällen der Congrnenz ebener Vielecke.

---

*) Es ist leicht zu sehen, dafs der bewegliche Schenkel MB des Sectors (oder im ersten Falle die Sehne AB des Segments) von derjenigen Tangente, welche die barycentrische Curve in dem Schwerpunct des jedesmaligen Sectors berührt, in einem constanten Verhältnifs geschnitten wird, dafs nemlich der dem festen Puncte M (oder A) anliegende Abschnitt sich zum andern verhält, wie 2:1.

11.

Nova curvas investigandi methodus.

(Auct. Dr. *A. Tellkampf*, prof. in Gymn. Hammonensi.)

Cogitanti mihi de difficultate curvas rectificandi, saepissime si methodos usitatas adhibere velimus haud superanda, forte sub oculos cecidit *Leibnitzii* ad summum *Newtonum* epistola (in *Newtoni* Opusculis T. I. pag. 414) ubi ill. vir non parvi momenti esse pronuntiat: „tum ut problemata, quae ex data tangentium proprietate quaerunt lineas, ad quadraturas, tum ut qaudraturae ipsae ad curvarum rectificationes reducantur." Hujusmodi sententia, iis quae jam dudum animo volveram mire favens, viam, quam parva quidem perficiendi spe ingressus eram, non derelinquere sed diligentius persequi me commovit. Quantumvis quae assecutus sum a desiderandis absint, nihilominus operae pretium mihi videbatur, curvas investigandi methodum a me tentatam quum a cognitis penitus discrepet, publici juris facere, ut alii quid de illa expectandum dijudicent, ac si velint quae imperfecta reliqui ita promoveant, ut scientiae commodum affere queant.

1.

Si triangulorum seriem ita comparatam ponimus, ut bini termini vicini progressionis

$$a,\quad a+pk,\quad a+2pk,\quad a+3pk,\quad \ldots.\quad a+npk,$$

ubi p sit unitate minor, simul cum numero k designent latera, figura $FABCD\ldots.$ (Tab. II. Fig. 1.) ad modum areae spiralis a vertice triangulorum communi F proficiscens ex illis potest formari. Tum quaelibet recta a vertice ad lineae compositae puncta A, B, C, D, ... ducta, hujus lineae vocetur radius vector; quem si littera z designas, generaliter erit $z = a+npk$, ubi per hypothesin p numerum <1 denotat. Jam si lineam $ABCD\ldots.$ per singulos gradus $= k$ paullatim crescentem eamque ob causam discontinue variabilem respicimus, longitudine indeterminata nk signo v denotata, aequatio

$$z = a+npk = a+pv$$

pro quolibet puncto ad angulos A, B, C, D, ... lineae compositae inter ejus longitudinem (v) ab origine A computatam et radium vectorem (z) praebet relationem analyticam. Quum vero nihil impediat, quominus in-

crementum constans k omni quantitate data minus statuamus, aequationem modo pro linea composita deductam et ad curvam, ut illius limitem referri posse in aperto est. Hoc modo functionem, quam supra, ut de simplicissima proficisceremur notione, finximus *discontinuam* i. e. singulis tantum lineae punctis convenientem, in *continuam* transire videmus, pro quovis valore arcus v radium vectorem z exhibentem. Quae si ita considerantur longitudo variabilis v pro *abscissa*, quae vero ab illa pendet, recta z, pro curvae *applicata* sumenda est. Hinc prodit methodum, ad quam accessurus sum, ab usitata curvas spirales tractandi ratione in eo discrepare, ut anguli loco eligatur ipse arcus a radii vectoris directione primaria et altera quadam inclusus.

2.

Neminem fugiet, et de innumeris aliis formis analyticis pronuntiari posse quod dixi de relatione $z = a + \rho v$, ob deductionis simplicitatem aptissimum prae ceteris exemplum electa. Quum vero ea tantum conditione curva ex aequatione generali $z = a + \varphi(v)$ prodire queat, ut radius vector augmento adfectus, i. e. $z + \Delta z$, minor sit summa $z + \Delta v$, seu quod inde sequitur $\Delta z < \Delta v$, *criterium* indagandum est, cujus ope discernere possimus, an data inter z et v relatio revera curvae alicui respondeat, necne. Quod nullo negotio e figurae 2. contemplatione hauries, ubi $AM = v$, $MN = \Delta v$, $FM = z$, $RN = \Delta z$; facile enim, si e puncto M perpendicularem MP in rectam FN simulque MT ad curvam AM tangentem agas, tum vero arcus augmentum arbitrarium Δv continue descrescens ponas, patet ad unitatem confluere rationes:

1) chordae et arcus MN;
2) angulorum tum MTF et MNF, tum MTF et SMF, nec non quod inde sequitur angulorum SMF et MNF;
3) rectae perpendicularis MP et circuli, radio FM descripti, arcus MR.

Radii autem vectoris incrementum quum pro qualibet functione $z = a + \varphi(v)$ ad theorema *Taylorianum* exprimatur serie:

$$\Delta z = \frac{\partial x}{\partial v} \cdot \Delta v + \frac{\partial^2 z}{\partial v^2} \cdot \frac{\Delta v^2}{1.2} + \frac{\partial^3 z}{\partial v^2} \cdot \frac{\Delta v^3}{1.2.3} + \text{etc.}$$

incrementorum ratio $\frac{\Delta z}{\Delta v}$, pro valoribus infinite decrescentibus Δv, magis magisque appropinquet necesse est ad functionem derivatam $\frac{\partial z}{\partial v}$. Quae eam ob causam illius rationis *limitem* praebens, rationem suppeditat recta-

rum NP et NM, radii et curvae incrementis Δz et Δv infinite appropinquantium. Hinc sequitur, si ad limites procedas, ut aequatio

$$\frac{NP}{MN} = \cos MNP \text{ in alteram } \frac{\partial z}{\partial v} = \cos\mu$$

transeat, dum angulum SMF, qui brevitatis gratia vocetur *tangentialis*, litera μ designari velis.

In universum itaque pro criterio desiderato conditionem reperimus: functionem calculi differentialis ope derivatam $\left(\frac{\partial z}{\partial v}\right)$ *unitate minorem fieri* eamque saltem non excedere. Non est, quod observem, illius functionis valorem negativum designare angulum tangentialem recto majorem.

3.

Criterium, quo cognoscimus, utrum inter variabiles z et v data aequatio revera curvae conveniat necne, aptissimum simul praebet auxilium, quo ejusmodi aequationes inveniantur. Nam si functionem aliquam $\varphi'(v)$ ita fingis, ut pro quovis quantitatis variabilis v valore unitate evadat minor, eam ponere licet $= \frac{\partial z}{\partial v}$, unde prodit

$$\partial z = \varphi'(v)\,\partial v$$

et hinc aequatio curvae desiderata

$$z = \int \varphi(v)\,\partial v = \text{const.} + \varphi(v).$$

Quum e. g. $\frac{v^2}{1+v^2}$ sit <1 pro quolibet valore numeri v, integro vel fracto, positivo vel negativo, ex aequatione

$$\frac{\partial z}{\partial v} = \frac{1}{1+v^2}$$

per integrationem sequitur altera ad curvam referenda:

$$\text{I.} \quad z = \int \frac{v^2\,\partial v}{1+v^2} = a + v - \text{arc}(\text{tang} = v),$$

si litera a denotat pro $v = 0$ radii vectoris valorem.

Assumta unitate pro functionis numeratore, e formula

$$\frac{\partial z}{\partial v} = \frac{1}{1+v^2}$$

sequitur

$$\text{II.} \quad z = \int \frac{\partial z}{1+v^2} = a + \text{arc}(\text{tang} = v).$$

Non minus conditioni commemoratae satisfacit aequatio

$$\frac{\partial z}{\partial v} = \frac{1}{\sqrt{(1+v^2)}},$$

quae integrando praebet hanc:

$$\text{III.} \quad z = \int \frac{\partial v}{\sqrt{(1+v^2)}} = a + \log(v + \sqrt{(1+v^2)}).$$

Quibus exemplis e criterio $\frac{\partial z}{\partial v} < 1$ aequationes idoneas deducendi alia addere, nullius quidem negotii sed super vacaneum foret. Hanc ob causam quae adhuc additurus sum ea potius conditione eligam, ut datae lineae conveniant, quo manifestum fiat, curvarum aequationes inter arcum et radium vectorem non minus deduci posse, dum a notionibus mere geometricis proficiscaris.

Sit itaque prae ceteris circulus, cujus inquiratur aequatio. Tum quia angulus tangentialis ubique est rectus, prodit $\frac{\partial z}{\partial v} = \cos \alpha = 0$, et

$$\text{IV.} \quad z = a,$$

qua quidem aequationis forma simplicior nulla excogitari potest. Revera aliud nihil est, quam definitionis circuli formula analytica.

Alterum praebeat exemplum quam *Cartesius* ita finxit, ut angulus tangentialis esset constans, nomine spiralis logarithmicae notissima curva. E data conditione $\frac{\partial z}{dv} \cos \alpha = p$ illius profluit aequatio

$$\text{V.} \quad z = a + p.v$$

jam supra (§. 1.) alio modo deducta. Pro valorum, quos factor p induere potest, limitibus 0 et 1 formula manifesto exhibet illam circuli ($z = a$) et lineae rectae centrum simul et datam originem transeuntis ($z = a + v$).

Ut autem pro quovis situ rectae AM (Fig. 3.) ejus aequatio inveniatur, ponas $AF = a$, $FM = z$, $AM = v$, $AS = a.\cos FAM = a.m$. Tum erit

$$\text{VI.} \quad z = \sqrt{(a^2 + v^2 - 2amv)}$$

quae simplicior fit formula $z = \sqrt{(a^2 + v^2)}$ origine posita in puncto S, ita ut $FS = a$, $SM = v$. Rectae autem aequatio particularis, $z = a + v$, quam supra e spiralis logarithmicae aequatione profluere vidimus, e formula proposita non minus sequitur, assumto valore $m = \cos 180° = -1$.

4.

Quae proxime indagentur formulae pro curvae tangentibus, subtangentibus nec non area, e figurae contemplatione sponte profluunt. Quum enim (in Fig. 2.) $MS = z \cos \mu$, $FS = z \sin \mu$, $MFQ = 90°$, et areae AFM incrementum MFN sive $\Delta Z = \frac{1}{2} MN.FS$, sequitur:

$$1.\quad MS = z.\frac{\partial z}{\partial v}, \qquad 2.\quad FS = z\sqrt{\left[1-\left(\frac{\partial z}{\partial v}\right)^2\right]},$$

$$3.\quad MQ = z.\frac{\partial v}{\partial z}, \qquad 4.\quad FQ = z\sqrt{\left[\left(\frac{\partial v}{\partial z}\right)^2-1\right]},$$

$$5.\quad Z = \tfrac{1}{2}\int z\,\partial v\sqrt{\left[1-\left(\frac{\partial z}{\partial v}\right)^2\right]}.$$

Ne exempla omnino deficiant, simplices illas quae supra prodiere circuli, logarithmicae et lineae rectae aequationes his formulis subjiciam.

Quum circuli radius constans $z = a$, et itaque $\frac{\partial z}{\partial v} = 0$, sequitur esse

$$1.\quad MS = 0, \quad 2.\quad FS = a, \quad 3.\quad MQ = a.\tfrac{1}{0}, \quad 4.\quad FQ = a.\tfrac{1}{0},$$

$$5.\quad Z = \tfrac{1}{2}\int a\,\partial v = \frac{av}{2}$$

omissa constanti; quibus formulis notissimae circuli proprietates exprimuntur, quum tangens et subtangens definitae longitudinis pro illo non existant.

Ex aequatione pro curva logarithmica, $z = a + pv$, prodeunt valores

$$1.\quad MS = p, \qquad 2.\quad FS = (a+pv)\sqrt{(1-p^2)},$$

$$3.\quad MQ = \frac{a+pv}{p}, \qquad 4.\quad FQ = \frac{a+pv}{p}\sqrt{(1-p^2)},$$

$$5.\quad Z = \tfrac{1}{2}\int (a+pv)\,\partial v\sqrt{(1-p^2)} = \left(\frac{av}{2}+\frac{pv^2}{4}\right)\sqrt{(1-p^2)},$$

cui constantem addere haud opus est, dum curvam a puncto A oriundam ponas. Formulae (3.) et (4.) ostendunt, tangentem et subtangentem cum curvae radio vectore $(a+pv)$ uniformiter crescere.

Sit denique lineae rectae aequatio generalis supra deducta

$$z = \sqrt{(a^2+v^2-2amv)},$$

cui aptetur formula (5.), et erit:

$$Z = \tfrac{1}{2}\int\sqrt{(a^2+v^2-2amv)}\,\partial v\sqrt{\left(1-\frac{(v-am)^2}{a^2+v^2-2amv}\right.}$$

$$= \tfrac{1}{2}\int a\sqrt{(1-m^2)}\,\partial v = \frac{v.a\sqrt{(1-m^2)}}{2},$$

i. e. areae trianguli AFM valor $\frac{1}{2}AM.FS$ (Fig. 3.).

Si formularum antecedentium quintam speciatim consideras, primo adspectu manifestum est, integrandi difficultatem, quae in curvae quidem rectificatione ad methodum hic propositam plane evitatur, in illius quadratura plerumque esse occursuram, ita ut vix sperare liceat, aditum ad curvarum inquisitionem hoc modo faciliorem redditum iri. Nihilominus viam quam inivi ulterius persequendi periculum facere juvabit, quum ad alias

fortasse curvarum proprietates ducat, etsi formula differentialis quadraturae rarius simplicitate ad integrationem optanda gaudeat.

5.

Priusquam curvarum aggredior theoriam universalem, superest ut proferam necessaria quaedam de diversa radii vectoris conditione mutato arcu v, prout peculiaris postulat aequationis $z = a + \varphi(v)$ forma. Quem ad finem prae ceteris animadvertendum est signum positivum vel negativum variabili v numeri substituti, quo arcus a data curvae origine directio ad unam alteramve partem denotatur. Figuram ab utraque parte radii vectoris FA prorsus eandem, itaque ipsam curvam *symmetricam* fieri necesse est, quum $\varphi(v)$ arcus potestates tantummodo numeri *paris* contineat, ut e. g. in

$$z = \sqrt{(a^2 + v^2)}, \qquad z = k + \tfrac{1}{2}\sqrt{(a^4 + v^4)}, \quad \text{etc.}$$

Contra autem figuram prodituram esse *non-symmetricam* facile patet, quum functioni $\varphi(v)$ attribuas arcus potestates numeri *imparis*, ut in aequationibus

$$z = a + pv; \quad z = a + \text{arc}\,(\text{tang} = v); \quad z = a + \log(v + \sqrt{(1 + v^2)}.$$

Hic enim pro arcus valoribus negativis radium vectorem deminui in aperto est, ita ut radii ex altera parte originis continuo crescant ex altera autem magis magisque contrahentur, quod universim illis proprium est curvis, quae *spirales* vocari solent.

Omnia quae supra proposui exempla id quidem habent commune, ut si arcui incrementum attribuas, radius vector simul cum ipso crescat. Sed ne cui obiter intuenti lineae per aequationem generalem $z = a + \varphi(v)$ designatae et criterio $\frac{\partial z}{\partial v} < 1$ obnoxiae necessario huic proprietati subjectae videantur, respiciat ad lineae rectae et circuli aequationes (§. 3.). Nullius autem negotii est, summam talium functionum obtinere varietatem, quales pro arcubus augescentibus radios modo crescentes modo decrescentes efficiant, dummodo functionibus trigonometricis utamur. Sit e. g. dum p denotet numerum, alterum a non excedentem:

$$1. \quad \frac{\partial z}{\partial v} = \frac{p}{a} . \sin\left(\frac{v}{a}\right), \qquad 2. \quad \frac{\partial z}{\partial v} = \frac{p}{a} . \cos\left(\frac{v}{a}\right)$$

adjecta constanti k prodeunt formulae

$$\text{I.} \quad z = k - p . \cos\left(\frac{v}{a}\right), \qquad \text{II.} \quad z = k + p . \sin\left(\frac{v}{a}\right).$$

GENERAL LIBRARY University of MICHIGAN

Aliae huiusmodi functiones sunt:

III. $z = p\left[\sin\left(\frac{v}{a}\right) + \cos\left(\frac{v}{a}\right)\right]$, IV. $z = p\left[\sin\left(\frac{v}{a}\right).\cos\left(\frac{v}{a}\right)\right]$,

unde quae criterio satisfaciunt derivatae:

$$\frac{\partial z}{\partial v} = \frac{p}{a}\left[\cos\left(\frac{v}{a}\right) - \sin\left(\frac{v}{a}\right)\right] \quad \text{et} \quad \partial z = \frac{p}{a}\left[1 - 2\sin\left(\frac{v}{a}\right)^2\right].$$

In hujusmodi formulis, si arcus v respicitur in infinitum crescens, radius vector z manifesto modo minuitur, modo augetur prout v per multipla numeri $\frac{a\pi}{2}$ transit.

Peculiari observatione digna est forma $z = a + \sqrt{[\varphi(v)]}$, quum ob radicis quadratae ambiguitatem duos praebeat valores radii vectoris pro arcu v, eamque ob causam duo centra ad modum ellipsis et hyperbolae. Sit itaque pro datae curvae AM (Fig. 3.) puncto quodam M valor $\sqrt{[\varphi(v)]} = \pm b$, et perinde $z = a + b$, $z' = a - b$, utrumque centrum reperias describendo circulum radio a ex origine A, alios vero circulos radiis $(a + b)$ et $(a - b)$ e puncto M. Perspicuum est, originis A loco quodvis aliud curvae punctum M' eligi posse, cui si respondent valores $\sqrt{[\varphi(v)]} = \pm b'$, circuli circa M' radiis $(a + b')$ et $(a - b')$ describantur. Hujusmodi curvae exemplum praebeat aequatio:

$$z = a + \sqrt{(1 + v^2)}$$

cuius derivata

$$\frac{\partial z}{\partial v} = \frac{v}{\sqrt{(1+v^2)}} < 1.$$

6.

Ad modum formulas $z = a + \varphi(v)$ geometrice interpretandi hic propositum non minus quam tum, quum aequationes inter duas variabiles ad abscissas rectas et sub quodam angulo ipsis ordinatim applicatas referuntur, saepius curvas ad unam vel alteram partem limitatas reperimus. Nam si provecta substitutione seriei numerorum signo positivo vel negativo adfectorum, ad terminum accedimus quo excesso radii vectoris evadit valor *imaginarius*, curva limitem a calculo designatum, i. e. punctum quoddam, transgredi nequit. Cujus generis formulas esse facile agnoscius hasce:

I. $z = a + \sqrt{(k v)}$.

Hic arcus valores positivi tantum nec minores quidem numero $\frac{1}{4}k$ admittuntur, quum $\frac{\partial z}{\partial v} = \sqrt{\left(\frac{k}{4v}\right)} < 1$ fiat necesse est; valores autem $\frac{1}{4}k$ superantes in infinitum ponere licet, unde concludas, radii vectoris minimum esse

$= a + \frac{k}{2}$, maximum autem nullum existere. Simili modo formula

$$\text{II.} \quad z = a + \log v,$$

qua derivatur $\frac{\partial z}{\partial v} = \frac{1}{v}$ ipsam *unitatem* arcuum habet limitem, nec numeros positivos < 1 nec negativos ullos signo v substitui permittit. Illa contra

$$\text{III.} \quad z = a + v + \sqrt{(1 - v^2)},$$

cui primo adspectu omnes valores positivi $v < 1$ videntur satisfacere, numerum positivum nullum et negativos solum inter 0 et -1 admittit, quum $\frac{\partial z}{\partial v} = 1 - \frac{v}{\sqrt{(1-v)^2}}$ unitate necessario minor sit. Pari modo arcuum limitem unitatem praebet aequatio

$$\text{IV.} \quad z = e^{1+v}$$

cujus derivata $\frac{\partial z}{\partial v} = e^{1+v}$ criterio satisfacere nequit nisi valores negativi et majores quidem numero 1 pro quantitate v assumuntur.

Finem faciant exempla

$$\text{V.} \quad z = k + \text{arc}\left(\sin = \frac{v}{a}\right)$$

$$\text{VI.} \quad z = k + \text{arc}\left(\cos = \frac{v}{a}\right)$$

e quibus derivatur functio communis

$$\frac{\partial z}{\partial v} = \pm \frac{1}{\sqrt{[(a^2 - v^2)]}}$$

unde conditio prodit arcum v esse $< a$, respectu non habito signorum.

Si quae de curvae angulo tangentiali, de radii vectoris mutatione et denique de limitibus praemissa sunt, colligere velis, haud difficile erit, curvas ipsas secundum aequationes ideoneas oculis proponere. Quod si feceris, invenies e. g. pro:

1. $z = a + \log\sqrt{[(1 + v^2]}$, unde $\frac{\partial z}{\partial v} = \frac{v}{1+v^2}$

curvam symmetricam infinitam ad modum parabolae

2. $z = 1 + \text{arc}\,(\text{tang} = v)$, unde $\frac{\partial z}{\partial v} = \frac{1}{1+v^2}$,

curvam spiralem infinitam, inclusam in circulo radii $= 1 + \text{arc}\, 90^0 = 1 + \frac{\pi}{2}$.

3. $z = 2a \,.\, \sin\left(\frac{v}{2a}\right)$, unde $\frac{\partial z}{\partial v} = \cos\left(\frac{v}{2}\right)$

circulum, cujus radii vectores non a centro sed ab origine A in peripheria proficiscuntur.

7.

Antecedentibus alias adhuc addere exempla supervacaneum puto, quum e praemissis formarum aequationis generalis $z = a + \varphi(v)$ varietas satis eluceat. Aliud autem nihil mea interfuit quam illam ostendere varietatem, priusquam theoriam universalem curvarum notionibus supra (§. 1., 2) prolatis superstruere susciperem, ne aliis materiam sterilem tractare viderer. Jam ad theoriam illam, quam brevissime fieri possit, promovendam revertor ad seriem

$$1. \quad h = \frac{\partial z}{\partial v} . k + \frac{\partial^2 z}{\partial v^2} . \frac{k^2}{1.2} + \frac{\partial^3 z}{\partial v^3} . \frac{k^3}{1.2.3} + \text{etc.}$$

ubi h denotat radii vectoris z augmentum Δz, k vero arcus incrementum Δv pro curva quadam AN (Fig. 2.) cujus forma universim ponatur $z = a + \varphi(v)$.

Tum si aliam fingis curvam $A'N'$ cum priori ex eodem centro descriptam, cujus originem A' indeterminatum relinquas, eam sub forma $z' = a' + \varphi'(v')$ comprehendere, radii augmentum autem ad constantem k relatum per seriem

$$2. \quad h' = \frac{\partial z'}{\partial v'} . k + \frac{\partial^2 z'}{\partial v'^2} . \frac{k^2}{1.2} + \frac{\partial^3 z'}{\partial v'^3} . \frac{k^3}{1.2.3} \text{ etc.}$$

exprimere licet. Vix opus est, animadvertere, pro quavis linearum intersectione esse $z = z'$, angulos autem tangentiales ad punctum intersectionis determinari ope functionum $\frac{\partial z}{\partial v}$ et $\frac{\partial z'}{\partial v'}$, quae illorum designant cosinus (§. 1.). Hinc sequitur, eodem pro utraque curva angulo tangentiali tributo valore, *tactionis criterium* $\frac{\partial z}{\partial v} = \frac{\partial z'}{\partial v'}$.

Angulus tangentialis si constans ponitur, curvae aequatio fit illa spiralis logarithmicae (§. 3. V.):

$$\text{I.} \quad z = a + pv, \text{ unde } \frac{\partial z}{\partial v} = p, \text{ et } h = pk,$$

ita ut functiones derivatae altiores omnes evanescant. Formula igitur $z = a + pv$, quae si variabilium potestates respicimus primi est gradus, ob simplicitatem suam huic investigationi eodem modo quo lineae rectae forma analytica, dum ad methodum consuetam curvas indagamus, tanquam norma se commendat. Facile enim cognosci potest, utrum data quaedam curva

$$\text{II.} \quad z' = a' + \varphi'(v')$$

ex utraque parte cujusdam puncti M magis minusve curvata sit, quam spiralis logarithmica, cui centrum F et angulus tangentialis μ ad punctum da-

tum cum illa sint communes. Nam si in formnlis I. et II. sumis $z = z'$ et $\frac{\partial z}{\partial v} = \frac{\partial z'}{\partial v'}$, ut curvarum postulat tactio, radiorum incrementa subtrahendo prodit:

$$h' - h = \frac{\partial^2 z'}{\partial v'^2} \cdot \frac{k^2}{1.2} + \frac{\partial^3 z'}{\partial v'^3} \cdot \frac{k^3}{1.2.3} \text{ etc.}$$

Quum vero nihil impediat, quominus arcus augmentum k qualibet quantitate minus ponatur, differentiae infinite decrescentis $(h' - h)$ signum $\pm$ a sola functione derivata $\frac{\partial^2 z'}{\partial v'^2}$ pendere in aperto est; quae si *positiva* pro data valore $v' = b$ evadit, curvam spirali logarithmicae ad punctum M *externam*, sin autem *negativa*, curvam illi *internam* indicat. Valor denique singularis $\frac{\partial^2 z'}{\partial v'^2} = 0$ curvaturam in puncto M eandem esse, ac spiralis logarithmicae e centro F descriptae et punctum illud sub angulo μ, cujus cosinus $= \frac{\partial z}{\partial v} = p$, transeuntis pronuntiat.

8.

Hujusmodi autem comparatio, quae prorsus in incerto relinquit, utrum curva ad spiralem logarithmicam fictitiam externa versus centrum sit *concava* an *convexa*, quum ad lineae datae cursum dijudicandum parum prodesse queat, alia disquisitionis via aperienda est, quae curvaturam ad quodvis punctum M tuto dignoscere doceat. Quem ad finem radium vectorem $FM = z$ (Fig. 4.) ita provectum fingas ut arcus incrementum MN fiat $= k$, $FN = z + h$, angulus $MFN = \psi$, anguli tangentialis ad M et $N = \mu$ et ν, denique angulus a tangentibus inclusus $= \lambda$ ponantur. Tum perspicuum est, curvaturam ad punctum M pendere ab anguli λ relatione ad constantem $MN = k$, quacum augetur vel minuitur. Est autem, quum lineam LK et FN parallelam duxeris, angulus $\mu = MKL + KLM = \psi + (\gamma - \lambda)$, unde prodit $\lambda = \psi + (\nu - \mu)$ et itaque

$$1. \quad \frac{\lambda}{k} = \frac{\psi}{k} + \frac{(\nu - \mu)}{k}.$$

Triangulorum nunc respiciens FMN reperies proportionem $\sin \psi : MN = \sin FMN : FN$, quae si arcus incrementum MN ponis infinite decrescens, tendit at alteram

$$2. \quad \frac{\psi}{\partial v} = \frac{\sin \mu}{z}.$$

Differentiae autem $(\nu - \mu)$ sive $\triangle \mu$ relatio ad arcum k decrescentem simul tendit ad alteram $\frac{\partial \mu}{\partial v}$, cujus valorem obtinemus functionis $\frac{\partial z}{\partial v} = \cos \mu$

differentatione iterata. Prodit enim ex aequatione differentiali

$$\frac{\partial^2 z}{\partial v^2} = -\sin\mu \frac{\partial \mu}{\partial v},$$

$$3. \quad \frac{\partial \mu}{\partial v} = -\frac{\partial^2 z}{\partial v^2} \cdot \frac{1}{\sin \mu},$$

Substituendo valores rationum $\frac{\psi}{\partial v}$ et $\frac{d\mu}{\partial v}$ ex aequationibus (2.) et (3.) in (1.), illa ad limites reducta fit

$$4. \quad \frac{\lambda}{\partial v} = \frac{\sin\mu}{z} - \frac{\partial^2 z}{\partial v^2} \cdot \frac{1}{\sin\mu}$$

vel

$$5. \quad \frac{\lambda}{\partial v} = \frac{\sin\mu^2 - z\frac{\partial^2 z}{\partial v^2}}{z\sin\mu} = \frac{1 - \left(\frac{\partial z}{\partial v}\right)^2 - z\frac{\partial^2 z}{\partial v^2}}{z\sqrt{\left[1-\left(\frac{\partial z}{\partial v}\right)^2\right]}}$$

qua curvaturam ad punctum M ope functionis z ejusque derivatarum $\frac{\partial z}{\partial v}$, $\frac{\partial^2 z}{\partial v^2}$ expressam videmus. Quae si ad centrum F est *concava*, signo functionis *positivo*, sin vero *convexa*, signo *negativo* designatur, ut figuram intuenti perspicuum erit, quum tangentem NL, ad rectae LM partes contrarias directam, angulum λ signo contrario adfectum gignere oporteat. Ceterum liquet in formula (5.) a solo numeratore pendere signum $\pm$, quum factores z et $\sin\mu$ alium quam positivum nequeunt induere valorem. Hanc autem ob causam saepius commodior habenda est formula (4.), cujus terminus prior ad curvaturam dijudicandam nullius est momenti, si forte positivum evadit signum termini posterioris, i. e. functionis

$$\frac{\partial \mu}{\partial v} = -\frac{\partial^2 z}{\partial v^2} \cdot \frac{1}{\sqrt{\left[1-\left(\frac{\partial z}{\partial v}\right)^2\right]}}.$$

9.

Licet fatendum sit, theoriam supra expositam pro *curvaturae indole* dignoscenda ea, qua notissima gaudet, egere simplicitate, quum solum functionis derivatae $\frac{\partial^2 z}{\partial v^2}$ signum ad flexionem indicandum hic non sufficiat in eo tamen illam antecellit, ut simul cum curvaturae *modo* ejus *mensuram* sponte praebeat. Actis enim normalibus MC, NC curvae sectorem MCN velut *circuli*, radio CM descripti, elementum respicere licet; qui pro arcu infinite decrescenti circulus fit osculator, quo nullus alius ad punctum M curvae magis adpropinquare potest. Radium itaque curvaturae $= r$ in-

venies ex aequatione $MN : \sin MCN = CN : \sin CMN$, quae, si rite ad limites procedis, transit in simpliciorem

$$\frac{\partial v}{\gamma} = r,'$$

cui pro angulo centri γ aequalem λ substituere licet. Inversum autem valorem $\frac{\lambda}{\partial v}$ jam supra (in form. 4. et 5. §. 8.) deduxi; prodit itaque formula radii curvaturae haec:

$$6. \quad r = \frac{z \,.\, \sin\mu}{\sin\mu^2 - z\frac{\partial^2 z}{\partial v^2}} = \frac{z\sqrt{\left[1-\left(\frac{\partial z}{\partial v}\right)^2\right]}}{1-\left(\frac{\partial z}{\partial v}\right)^2 - z\frac{\partial^2 z}{\partial v^2}}.'$$

Vereor ne taedeat lectorem, quod iterum observo:

1) signum $\pm$ radii curvaturae dumtaxat a denominatore functionis (6.) proficisci, quia numerator e factoribus necessario positivis constat;
2) radii signum positivum curvae versus F concavitatem; contra
3) ejus signum negativum curvae convexitatem designare;
4) curvaturam nullam existere, si denominator fit $= 0$, quia tum angulus $\lambda = 0$, quod fieri nequit, nisi linea AM est recta.

Praemissa ut paucis exemplis illustrentur, iterum aequationes admodum simplices eligam et superiori subjiciam formulae.

I. $z = a$, unde $\frac{\partial z}{\partial v} = 0$, et $r = +a$

quod indicat, curvaturae radium pro quolibet curvae puncto esse constantem, ut soli circulo consentaneum est. Eundem radii r valorem reperies ex altera illa, quae circulo convenit, aequatione $z = 2a \,.\, \sin\left(\frac{v}{2a}\right)$ (§. 6., 3.).

II. $z = a + pv$, unde $\frac{\partial z}{\partial p} = p$; $\frac{\partial^2 z}{\partial v^2} = 0$; et $r = +\frac{z}{\sqrt{(1-p^2)}}$,

quod ostendit, in spirali logarithmica cui respondet data aequatio, radios curvaturae uniformiter crescere cum radiis vectoribus.

III. $z = \sqrt{(a^2 + v^2 - 2abv)}$, unde $\frac{\partial z}{\partial v} = \frac{v - ab}{z}$, et

$$r = \frac{z \,.\, \sin\mu}{0}, \quad \text{sive} \quad \frac{\lambda}{\partial v} = 0,$$

quo lineae rectae reperimus conditionem.

10.

Superest, ut paucis exponam quomodo derivare queamus locum geometricum a radii curvaturae centro descriptum sive datae curvae *AM evolutam DB* (Fig. 5.), cui idem ac alteri sit centrum *F*. Quem ad finem agas rectam $FB = u$ ad quodvis evolutae punctum *B*, quae ejus fit radius vector, aliamque $BM = r$ eam tangentem, denique radium vectorem *FM* $= z$; et sponte e figura profluere videbis aequationem

$$7. \quad u = \sqrt{(r^2 + z^2 - 2rz\sin\mu)}$$

ubi evolventis *AM* radius vector *r*, ut evolutae postulat definitio, aequiparat huius arcum $BD = t$, addita universim constanti $DA = b$. Haec ut in quovis casu peculiari determinetur, tantum opus est, radii *r* quaerere valorem pro curvae *AM* origine *A*, i. e. pro arcu $v = 0$ (quocum $t = 0$), unde *z* eiusque derivatae evadunt numeri determinati ideoque $r = b$. Quibus valoribus substitutis in form. (7.) evolutae prodit radius vector eius origini respondens *FD*, quem littera *c* denotemus. Hoc modo universim habemus triangulum *AFD*, cuius latera $= a, b, c$ data respicienda sunt ope functionis $z = a + \varphi(v)$. Formula (7.) autem praebet aequationem:

1) inter evolutae radium vectorem $u = FB$ et evolventis arcum *AM*, dum pro *z*, $\sin\mu$ et *r* substituas eorum valores in functione variabilis *v*;
2) inter *u* et *z*, si curvae *AM* aequatio $z = a + \varphi(v)$ derivatas $\frac{\partial z}{\partial v}$, $\frac{\partial^2 z}{\partial v^2}$ et inde radium *r* secundum form. (6.) in variabilis *z* functione exhiberi sinit, ita ut $r = F(z)$;
3) inter *u* et *r*, dum per reversionem functionis $r = F(z)$ impetrare valeamus $z = f(r)$, quo prodit $u = \psi(r)$;
4) inter evolutae radium vectorem *u* eiusque arcum *t*, si in functione $u = \psi(r)$ litterae *r* denique substituis $t + b$.

Eligatur e. g. circuli simplicissima aequatio ad centrum relata

I. $z = a$, unde $\frac{\partial z}{\partial v} = 0$, $\sin\mu = 1$ et $r = a$, peracta substitutione e form. (7.) prodit $u = 0$, ut curvae nimirum conditio postulat, quia revera circuli evoluta nulla existere potest vel si mavis, in centrum contrahitur. Posita autem altera circuli aequatione ad peripheriae punctum *A* relata

II. $z = 2b \cdot \sin\left(\frac{v}{2b}\right)$, unde $\frac{\partial z}{\partial v} = \cos\left(\frac{v}{2b}\right)$, $\sin\mu = \left(\frac{v}{2b}\right)$ et $r = b$, per debitam substitutionem invenies $u = b = r$; quod quidem in aperto est, quum radius curvaturae pro originis puncto *A*, quocum *F* coincidit,

sit ipsius circuli AM radius. Prodit itaque $u = r = b + t = b$, unde universim arcum t et propterea evolutam prorsus deesse manifestum est.

Pro spiralis logarithmicae aequatione

III. $z = a + pv$, unde $\frac{\partial z}{\partial v} = p$, $\sin\mu = \sqrt{(1-p^2)}$ et $r = \frac{z}{\sqrt{(1-p^2)}}$,

reperies $z = r.\sqrt{(1-p^2)}$ et inde per form. (7.) $u = pr = pb + pt$. Quum vero pro curvae origine ejus curvaturae radius fit $= \frac{a}{\sqrt{(1-p^2)}}$, facta substitutione prodit

$$u = a.\frac{p}{\sqrt{(1-p^2)}} + pt,$$

quae a data forma in eo tantum discrepat, ut constans a factorem habeat $= \cot\mu$. Curvae itaque evolutam iterum spiralem logarithmicam et ejusdem quidem formae, etsi positione ab altera differat, evadere videmus.

Haud raro formulae sequentes, quae si tangentem MI ipsique parallelam FG agere velis, aeque ac superior (7.) e figurae contemplatione immediate prodeunt, commodum afferre possunt:

$$u\cos\beta = r - z.\sin\mu; \qquad z\cos\mu = u\sin\beta;$$

sive quum $\cos\beta = \frac{\partial u}{\partial r}$, velut $\cos\mu = \frac{\partial z}{\partial v}$ ponere licet:

$$8. \quad u\frac{\partial u}{\partial r} = r - z.\sin\mu = r - z\sqrt{\left[1-\left(\frac{\partial z}{\partial v}\right)^2\right]},$$

$$9. \quad z\frac{\partial z}{\partial v} = u.\sin\beta \quad = u\sqrt{\left[1-\left(\frac{\partial u}{\partial r}\right)^2\right]}.$$

Priori formula differentiali prospere uti poteris, dum z et $\sin\mu$ exprimantur in functione variabilis r, ut in exemplo III., ubi facile prodiit $z = r\sqrt{(1-p^2)}$, $\sin\mu = \sqrt{(1-p^2)}$, unde adhibita form. (8.) impetras

$$u\,\partial u = r\,\partial r - r(1-p^2) = p^2 r$$

integrando autem $u = pr$, ut supra.

11.

Triangulus FMB, cui debemus formulam (7.) evolutionis theoriae supra pro fundamento positam, similem praebet aequationem ad propositum idoneam

$$10. \quad z = \sqrt{(r^2 + u^2 - 2ru\cos\beta)}$$

quae relationem exhibet

1) inter evolventis AM radium vectorem z et evolutae DB arcum $t = r - b$ vel prioris radium curvaturae r, dum u et $\cos\beta$ respicias functiones variabilis r;

2) inter radios vectores z et u evolutae DB et ex ipsa genitae AM, siquidem aequationem formae $r = f(u)$ datam ponimus.

Formula (10.) tum usui esse potest, quum curvam *ex evoluta genitam* (sive evolventem) investiganda proponitur. E data enim illius curvae aequatione $u = c + \psi(r)$ habes $\cos\beta = \frac{\partial u}{\partial r} = \psi'(r)$, unde $z = F(r)$, quae formula, ut r eliminetur, cum una vel altera superiorum (6.), (8.), (9.) est conjungenda.

Sit e. g. evolutae aequatio I. $u = pr$, unde $\frac{\partial u}{\partial r} = \cos\beta = p$, form. (10.) per substitutionem transit in $z = r\sqrt{(1-p^2)}$. Est autem, si in auxilium vocas form. (9.):

$$z\frac{\partial z}{\partial v} = pr\sqrt{(1-p^2)}$$

unde

$$\frac{\partial z}{\partial v} = p \quad \text{et} \quad z = a + pv \quad \text{(cf. III. §. 10.).}$$

Alterum exemplum praebeat circuli aequatio II. $u = c$, unde $\frac{\partial u}{\partial r} = \cos\beta = 0$, et inde secundum form. (10.)

$$z = \sqrt{(r^2 + c^2)} \quad \text{sive} \quad r = \sqrt{(z^2 - c^2)}.$$

Quum vero ex altera parte in triangulo FBM, ad B rectangulo, habemus $r = z\sin\mu$, evadit aequatio

$$z^2\sin\mu^2 = z^2 - c^2, \quad \text{sive} \quad z\frac{\partial z}{\partial v} = c.$$

Haec formula, quam minori quidem negotio ex illa (9.) nactus fueris, praebet integrale

$$z = \sqrt{(\text{const.} + 2cv)}.$$

Constans autem ita determinetur, ut evolutae DB origo D coïncidat cum illo A evolventis AM, quo simul fiunt $z = c$ et $z = 0$. Aequatio itaque e circuli evolutione genitae prodit

$$z = \sqrt{(c^2 + 2cv)}.$$

12.

Antequam finem constituam disquisitioni, de alterius spirales tractandi methodi in alteram transitu quaedam addere haud ingratum puto, quamquam nexum illum optabili facilitate admodum carere videmus.

Data aequatione $z = \varphi(v)$, ut aliam deducas formae $z = F(\alpha)$ inter radium vectorem et angulum ab ipso descriptum, collocando formulas differentiales *quadraturae:*

1. $\partial Z = \frac{1}{2} z^2 \partial \alpha$, 2. $\partial Z = \frac{1}{2} z \partial v \sqrt{\left[1 - \left(\frac{\partial z}{\partial v}\right)^2\right]}$

nullo quidem negotio invenies formulam

$$3. \quad \partial \alpha = \frac{\partial v}{z} \sqrt{\left[1 - \left(\frac{\partial z}{\partial v}\right)^2\right]} = \psi'(v) \partial v$$

unde, si integratio perfici potest, prodit

$$\alpha = \text{const.} + \psi(v)$$

et tum quidem reversionis ope $z = F(\alpha)$.

Ne exempla deficiant, primum eligam simplicissimum illud I. $z = 2a \sin\left(\frac{v}{2a}\right)$, unde ad modum form. (3.) prodit

$$\partial \alpha = \frac{\partial v}{2a}; \qquad \alpha = \tfrac{1}{2} \cdot \frac{v}{a}; \qquad z = 2a \sin \alpha.$$

Alterum sit II. $z = pv$, unde $\frac{\partial z}{\partial v} = p$, et

$$\partial \alpha = \frac{\partial v}{pv} \sqrt{(1 - p^2)}; \qquad a = \frac{\sqrt{(1-p^2)}}{P} \cdot \log v = k \cdot \log v.$$

Tum si ad logarithmorum naturalium basin e procedis, evadit $e^{\overline{k}} = v$, et per debitam substitutionem notissima logarithmicae spiralis aequatio $z = p e^{\frac{a}{k}}$.

Simili modo, dum ab aequatione inter radium vectorem et angulum $z = F(\alpha)$ proficisci velimus, ut aliam nanciscamur radii et arcus valorem $z = \varphi(v)$, spiralium *rectificationis* formula differentiali utamur

$$4. \quad \partial v = \sqrt{(z^2 \partial \alpha + \partial z^2)}$$

cui si introducis valores $z = F(\alpha)$, $\partial z = F'(\alpha) \partial \alpha$, induit formam $\partial v = \psi'(v) \partial v$, unde si fieri possit integrando prodit $v = \psi(\alpha)$ et per reversionem $\alpha = f(v)$, ita ut substituendo denique invenias $z = \varphi(v)$.

Huiusmodi transformationis exemplum idoneum praebet spiralis Archimedea, cujus aequatione III. $z = \frac{m}{2\pi} \alpha$ applicata ad form. (4.), profluit

$$\partial v = \frac{m}{2\pi} \partial \alpha \sqrt{(1 + \alpha^2)}$$

vel si α et $\partial \alpha$ in functione z exprimere velis

$$\partial v = \partial z \sqrt{\left(1 + \frac{4\pi^2}{m^2} z^2\right)}.$$

Utraque quidem formula integrari potest ad instar

$$\int \partial x \sqrt{(1 - k x^2)} = C + \tfrac{1}{2} x \sqrt{(1 + k x^2)} + \frac{1}{2\sqrt{k}} \log \left[\sqrt{(k x^2)} + \sqrt{(1 + k x^2)}\right]$$

nec mirum est, eandem evadere formam integrandam differentialis ∂v, vel si α vel si z eligas, quum hae variabiles sint in ratione constanti $2\pi : m$.

Non est quod observem, quot impedimentis plerumque laboret via transformationis hic delineata, quum operationes analyticae, quibus opus est, rarius absolvi queant, nisi forte de industria curvarum aequationes ita eligantur, ut integratio perfici possit. Quod e. g. formae irrationali

$$\sqrt{\left[1-\left(\frac{\partial z}{\partial v}\right)^2\right]} \quad \text{sive} \quad \frac{1}{\partial v}\sqrt{(\partial v^2-\partial z^2)}$$

contingit, dum ponas

$$2\partial v = \varphi(x)\partial x + \frac{\partial x}{\varphi(x)}; \qquad 2\partial z = \varphi(x)\partial x - \frac{\partial x}{\varphi(x)}$$

per φ denotans quamlibet functionem variabilis x, quae ipsa functio variabilis v habenda est: $x = F(v)$, unde $\partial x = F'(v)\partial v$. Substitutis enim valoribus illis evadit

$$\frac{1}{\partial v}\sqrt{(\partial v^2-\partial z^2)} = \frac{1}{\partial v}\sqrt{(\partial x^2)} = \frac{\partial x}{\partial v} = F(v).$$

Si vero huiusmodi artificia, quibus formae integrabiles prodeant, spernimus, dubitari non potest, quin maximam partem ad alterutram methodum transgrediendi difficultates in ipsa curvarum indole repositae sint. Hinc quidem datae cujuslibet aequationis transformationem effici posse vix sperandum sit, ita ut hoc respectu quae supra exposita sunt sterilia appareant: ex altera vero parte methodus a vulgari prorsus diversa et quae vix ullo modo commode cum ea possit conjungi, ob hanc ipsam indolem commendabilis videtur. Propterea quam hic geometrarum oculis subjicere ausus sum, methodum curvas investigandi, fortasse haud indignam reperient ad quam respiciant, etsi multa dereliquerim, quae desiderentur.

12.

Über unendlich verschiedene Entwickelungen der Potenzen der Cosinus und Sinus.

(Von Herrn Dr. *E. E. Kummer* zu Sorau in der N. Lausitz.)

$$5.\quad N(K-u,K'-a,k') + N(u,a,k') + \dot{N}(K-u,K'-a) + \dot{N}(u,a) = \frac{\pi}{2}\left(\frac{a}{K'} + \frac{u}{K} - \frac{2au}{2KK'}\right).$$

E formulis articuli 20. adhuc eruimus sequentes speciales.

$$6.\quad N(u,a)+N(K'-u,a) = \frac{\pi}{2}\left(1-\frac{a}{K'}\right) - \text{arc tang}\left(\frac{\text{dn}\,a}{\text{tn}\,a}\cdot\frac{\text{sn}\,(u,k')\,\text{cn}\,(u,k')}{\text{dn}\,(u,k')}\right),$$

$$7.\quad N(a,u)+N(a,K-u) = \text{arc tang}\left(\frac{k^2\,\text{tn}\,(a,k')}{\text{dn}\,(a,k')}\cdot\frac{\text{sn}\,u\,\text{cn}\,u}{\text{dn}\,u}\right);$$

formula 6. etiam sic exhiberi potest

$$N(u,a)+N(K'-u,a) = \text{arc tang}\left(\frac{\text{tn}\,a\,\text{dn}\,a\,(u,k')}{\text{dn}\,a\,\text{sn}\,(u,k')\,\text{cn}\,(u,k')}\right) - \frac{\pi a}{2K'}.$$

34.

Formula

$$P(u,a)+P(u,K-a) = -\frac{k^2\,\mathrm{sn}\,a\,\mathrm{cn}\,a}{\mathrm{dn}\,a}u + \mathrm{arctang}\left(\frac{k^2\,\mathrm{sn}\,a\,\mathrm{cn}\,a}{\mathrm{dn}\,a}\cdot\frac{\mathrm{tn}\,(u,k')}{\mathrm{dn}\,(u,k')}\right)$$

conjungit integralia $P(u,a)$ et $P(u,K-a)$. Est vero

$$P(u,a) = \int_0^u \frac{k^2\,.\,\mathrm{sn}\,a\,\mathrm{cn}\,a\,\mathrm{dn}\,a\,\mathrm{sn}\,(u,k')^2\,.\,\partial u}{1-\mathrm{dn}\,a^2\,.\,\mathrm{sn}\,(u,k')^2};$$

eruamus nunc etiam differentiale functionis $P(u,K-a)$ ita, ut functionibus argumenti a ipsius exprimatur. Est

$$k^2\,\mathrm{sn}\,(K-a)\,.\,\mathrm{cn}\,(K-a)\,.\,\mathrm{dn}\,(K-a) = k^2\,.\,\frac{\mathrm{dn}\,a}{\mathrm{cn}\,a}\,.\,\frac{k'\,\mathrm{sn}\,a}{\mathrm{dn}\,a}\,.\,\frac{k'}{\mathrm{dn}\,a} = \frac{k^2k'^2\,\mathrm{sn}\,a\,\mathrm{cn}\,a}{\mathrm{dn}\,a^3},$$

ideoque

$$P(u,K-a) = \int_0^u \frac{k^2k'^2\,\mathrm{sn}\,a\,.\,\mathrm{cn}\,a\,.\,\mathrm{sn}\,(u,k')^2\,.\,\partial u}{\mathrm{dn}\,a^3\left(1-\frac{k'^2}{\mathrm{dn}\,a^2}\,\mathrm{sn}\,(u,k')^2\right)}.$$

Quare integralia $P(u,a,k')$ et $P(u,K'-a,k)$ habent formas similes

$$P(u,a,k') = \int_0^u \frac{m\,.\,\mathrm{sn}\,u^2\,.\,\partial u}{1-n\,\mathrm{sn}\,u^2} \quad \text{et}$$

$$P(u,K'-a,k') = \int_0^u \frac{m'\,\mathrm{sn}\,u^2\,.\,\partial u}{1-n'\,\mathrm{sn}\,u^2}.$$

Videamus nunc, quaenam sint relationes inter numeros m, n, m', n'; est vero

$$m = k'^2\,\mathrm{sn}\,(a,k')\,\mathrm{cn}\,(a,k')\,\mathrm{dn}\,(a,k'), \qquad n = \mathrm{dn}\,(a,k')^2,$$

$$m' = \frac{k^2k^2\,\mathrm{sn}\,(a,k')\,\mathrm{cn}\,(a,k')}{\mathrm{dn}\,(a,k')^3}; \qquad n' = \frac{k^2}{\mathrm{dn}\,(a,k')^2};$$

hinc deducimus primo, esse

1. $\quad n\,.\,n' = k^2$, sive $n' = \frac{k^2}{n}$.

Porro est $\frac{m}{m'} = \frac{(\mathrm{dn}\,(a,k'))^4}{k^2} = \frac{n^2}{k^2}$, ideoque

2. $\quad m' = \frac{k^2}{n^2}m$, unde adhuc sequitur $\frac{m}{n} = \frac{m'}{n'}$.

Quare e datis numeris k, m et n illico computari possunt m' et n'. Relatio inter integralia ipsa est

$$P(u,a,k')+P(u,K'-a,k')$$

$$= -\frac{k'^2\,\mathrm{sn}\,(a,k')\,\mathrm{cn}\,(a,k')}{\mathrm{dn}\,(a,k')}u + \mathrm{arctang}\left(\frac{k'^2\,\mathrm{sn}\,(a,k')\,\mathrm{cn}\,(a,k')}{\mathrm{dn}\,(a,k')}\cdot\frac{\mathrm{tn}\,u}{\mathrm{dn}\,u}\right), \text{ sive}$$

3. $\quad P(u,a,k')+P(u,K'-a,k') = -\frac{m}{n}u + \mathrm{arctang}\left(\frac{m}{n}\cdot\frac{\mathrm{dn}\,u}{\mathrm{dn}\,a}\right).$

Haec inter integralia $\int_0^u \frac{m\,\mathrm{sn}\,u^2\,.\,\partial u}{1-n\,\mathrm{sn}\,u^2}$ et $\int_0^u \frac{m'\,\mathrm{sn}\,u^2\,.\,\partial u}{1-n'\,\mathrm{sn}\,u^2}$ relatio persimplex

etiam methodo elementari erui potest, positis conditionibus $\frac{m}{n} = \frac{m'}{n'}$ et $nn' = k^2$.

35.

Quia est $\overset{\text{I}}{P}(u,a) = \int_0^u \frac{k^2 \operatorname{tn}(a,k') \operatorname{dn}(a,k') . \operatorname{sn} u^2 . \partial u}{\operatorname{cn}(a,k')^2 . [1 + k^2 \operatorname{tn}(a,k')^2 . \operatorname{sn} u^2]}$, ponamus nunc $\overset{\text{I}}{P}(u,a) = \int_0^u \frac{m . \operatorname{sn} u^2 . \partial u}{1 + n \operatorname{sn} u^2}$, tunc est

$$m = \frac{k^2 \operatorname{tn}(a,k') \operatorname{dn}(a,k')}{\operatorname{cn}(a,k')^2}, \qquad n = k^2 \operatorname{tn}(a,k')^2.$$

Si pariter ponimus $\overset{\text{I}}{P}(u, K' - a) = \int_0^u \frac{m' . \operatorname{sn} u^2 . \partial u}{1 + n' \operatorname{sn} u^2}$, est

$$m' = \frac{k^2 \operatorname{tn}(K' - a, k') \operatorname{dn}(K' - a, k')}{\operatorname{cn}(K' - a, k')^2}$$

et $n' = k^2 . \operatorname{tn}(K' - a, k')^2 = \frac{k^2}{k^2 \operatorname{tn}(a,k')^2} = \frac{1}{\operatorname{tn}(a,k')^2}$, quare est $n . n' = k^2$; quia vero $\frac{m}{n} = \frac{\operatorname{dn}(a,k')}{\operatorname{sn}(a,k') \operatorname{cn}(a,k')} = \frac{1}{\operatorname{sn}(a,k') \operatorname{sn}(K' - a, k')}$, est $\frac{m}{n} = \frac{m'}{n'}$; at e relationibus $\frac{m}{n} = \frac{m'}{n'}$ et $nn' = k^2$ sequitur, esse

$$1. \qquad \overset{\text{I}}{P}(u,a) + \overset{\text{I}}{P}(u, K' - a) = + \frac{m}{n} u - \operatorname{arc\,tang}\left(\frac{m}{n} . \frac{\operatorname{tn} u}{\operatorname{dn} u}\right),$$

qua in formula est $m = \frac{k^2 \operatorname{tn}(a,k') \operatorname{dn}(a,k')}{\operatorname{cn}(a,k')^2}$, $n = k^2 \operatorname{tn}(a,k')$,

$$\frac{m}{n} = \frac{m'}{n'} = \frac{1}{\operatorname{sn}(a,k') . \operatorname{sn}(K' - a, k')} \quad \text{et} \quad nn' = k^2.$$

Si in formula generali articuli 23. ponitur $b = K' - a$, formula abit in

$$\overset{\text{I}}{P}(u,a) + \overset{\text{I}}{P}(u, K' - a) = \overset{\text{I}}{P}(u, K') - k^2 \operatorname{tn}(a,k') \operatorname{tn}(b,k') \operatorname{tn}(a+b,k') . u + \operatorname{arc\,tang}\left(\operatorname{sn}(a,k') \operatorname{sn}(b,k') . \frac{\operatorname{dn} u}{\operatorname{tn} u}\right),$$

sive

$$\overset{\text{I}}{P}(u,a) + \overset{\text{I}}{P}(u, K' - a) = \overset{\text{I}}{P}(u, K') - k^2 \operatorname{tn}(a,k') \operatorname{tn}(b,k') \operatorname{tn}(a+b,k') u + \frac{\pi}{2} - \operatorname{arc\,tang}\left(\frac{m}{n} . \frac{\operatorname{tn} u}{\operatorname{dn} u}\right);$$

quae aequatio comparata cum priori edocet, esse posito $a + b = K'$,

$$2. \qquad \overset{\text{I}}{P}(u, K') - k^2 \operatorname{tn}(a,k') \operatorname{tn}(b,k') \operatorname{tn}(a+b,k') u + \frac{\pi}{2} = \frac{m}{n} u,$$

quamvis tum $\overset{\text{I}}{P}(u, K')$, tum $\operatorname{tn}(a+b,k')$ sit $= \frac{\text{I}}{0}$.

36.

E formulis duabus

$$1. \quad P(u,a,k')+P(u,K'-a,k') = -\frac{k'^2\,\mathrm{sn}(a,k')\,\mathrm{cn}(a,k')}{\mathrm{dn}(a,k')}.u+\mathrm{arc\,tang}\left(\frac{k'^2\,\mathrm{sn}(a,k')\,\mathrm{cn}(a,k')}{\mathrm{dn}(a,k')}\cdot\frac{\mathrm{tn}\,u}{\mathrm{dn}\,u}\right),$$

$$2. \quad \overset{\scriptscriptstyle I}{P}(u,a)+\overset{\scriptscriptstyle I}{P}(u,K'-a) = \frac{\mathrm{dn}(a,k')}{\mathrm{sn}(a,k')\,\mathrm{cn}(a,k)}.u-\mathrm{arc\,tang}\left(\frac{\mathrm{dn}(a,k')}{\mathrm{sn}(a,k')\,\mathrm{cn}(a,k')}\cdot\frac{\mathrm{tn}\,u}{\mathrm{dn}\,u}\right),$$

adjumento formularum 1. et 2. articuli 31. deducimus adhuc duas

$$3. \quad Q(u,a,k')+Q(u,K'-a,k') = \frac{\mathrm{dn}(a,k)}{\mathrm{sn}(a,k')\,\mathrm{cn}(a,k')}.u+\mathrm{arc\,tang}\left(\frac{k'^2\,\mathrm{sn}(a,k')\,\mathrm{cn}(a,k')}{\mathrm{dn}(a,k')}\cdot\frac{\mathrm{tn}\,u}{\mathrm{dn}\,u}\right),$$

$$4. \quad \overset{\scriptscriptstyle I}{Q}(u,a)+\overset{\scriptscriptstyle I}{Q}(u,K'-a) = \frac{k'^2\,\mathrm{sn}(a,k')\,\mathrm{cn}(a,k')}{\mathrm{dn}(a,k')}.u+\mathrm{arc\,tang}\left(\frac{\mathrm{dn}(a,k')}{\mathrm{sn}(a,k')\,\mathrm{cn}(a,k')}\cdot\frac{\mathrm{tn}\,u}{\mathrm{dn}\,u}\right),$$

quae eodem gaudent simplicitatis gradu. Formulae quatuor modo erutae gravissimi sunt momenti, si ipsarum usum frequentissimum in Geometria et Dynamica respicis, de quo mihi alia agendum est occasione. Relationes analogae inter integralia ea, quae hyperbolica gaudent natura, sunt

$$5. \quad \mathfrak{P}(u,a)+\mathfrak{P}(u,K-a) = \frac{k^2\,\mathrm{sn}\,a\,\mathrm{cn}\,a}{\mathrm{dn}\,a}u-\mathfrak{Arc\,Tang}\left(\frac{k^2\,\mathrm{sn}\,a\,\mathrm{cn}\,a}{\mathrm{dn}\,a}\cdot\frac{\mathrm{sn}\,u\,\mathrm{cn}\,u}{\mathrm{dn}\,u}\right),$$

$$6. \quad \overset{\scriptscriptstyle I}{\mathfrak{P}}(u,a,k')+\overset{\scriptscriptstyle I}{\mathfrak{P}}(u,K-a,k') = -\frac{\mathrm{dn}\,a}{\mathrm{sn}\,a\,\mathrm{cn}\,a}u+\mathfrak{Arc\,Tang}\left(\frac{\mathrm{dn}\,a}{\mathrm{sn}\,a\,\mathrm{cn}\,a}\cdot\frac{\mathrm{sn}\,u\,\mathrm{cn}\,u}{\mathrm{dn}\,u}\right),$$

$$7. \quad \mathfrak{Q}(u,a)+\mathfrak{Q}(u,K-a) = \frac{\mathrm{dn}\,a}{\mathrm{sn}\,a\,\mathrm{cn}\,a}u+\mathfrak{Arc\,Tang}\left(\frac{k^2\,\mathrm{sn}\,a\,\mathrm{cn}\,a}{\mathrm{dn}\,a}\cdot\frac{\mathrm{sn}\,u\,\mathrm{cn}\,u}{\mathrm{dn}\,u}\right),$$

$$8. \quad \overset{\scriptscriptstyle I}{\mathfrak{Q}}(u,a,k')+\overset{\scriptscriptstyle I}{\mathfrak{Q}}(u,K-a,k) = \frac{k^2\,\mathrm{sn}\,a\,\mathrm{cn}\,a}{\mathrm{dn}\,a}u+\mathfrak{Arc\,Tang}\left(\frac{\mathrm{dn}\,a}{\mathrm{sn}\,a\,\mathrm{cn}\,a}\cdot\frac{\mathrm{sn}\,u\,\mathrm{cn}\,u}{\mathrm{dn}\,u}\right),$$

vel si mavis,

$$\mathfrak{P}(u,a)+\mathfrak{P}(u,K-a) = \frac{k^2\,\mathrm{sn}\,a\,\mathrm{cn}\,a}{\mathrm{dn}\,a}u-\log\sqrt{\left(\frac{\mathrm{dn}(a-u)}{\mathrm{dn}(a+u)}\right)},$$

$$\overset{\scriptscriptstyle I}{\mathfrak{P}}(u,a,k')+\overset{\scriptscriptstyle I}{\mathfrak{P}}(u,K-a,k') = -\frac{\mathrm{dn}\,a.u}{\mathrm{sn}\,a\,\mathrm{cn}\,a}u+\log\sqrt{\left(\frac{\mathrm{tn}(a+u)}{\mathrm{tn}(a-u)}\right)},$$

$$\mathfrak{Q}(u,a)+\mathfrak{Q}(u,K-a) = \frac{\mathrm{dn}\,a}{\mathrm{sn}\,a\,\mathrm{cn}\,a}u+\log\sqrt{\left(\frac{\mathrm{dn}(a-u)}{\mathrm{dn}(a+u)}\right)},$$

$$\overset{\scriptscriptstyle I}{\mathfrak{Q}}(u,a,k')+\overset{\scriptscriptstyle I}{\mathfrak{Q}}(u,K-a,k') = \frac{k^2\,\mathrm{sn}\,a\,\mathrm{cn}\,a}{\mathrm{dn}\,a}u+\log\sqrt{\left(\frac{\mathrm{tn}(a+u)}{\mathrm{tn}(a-u)}\right)}.$$

De sectionum conico-sphaericarum quadratura et rectificatione.

37.

Sectiones conico-sphaericae, quum sunt lineae algebraicae secundi gradus sphaericae, secundum methodum in libro meo: „*Grundrifs der analytischen Sphärik*," quem hic non raro signis: G. A. S. §... allegabimus *), fusius expositam tractandae sunt. Solutio problematis de ipsarum rectificatione et quadratura ad simplicem integralium ellipticorum tertiae speciei interpretationem geometricam perducit. Sit $ADBE$ in Figura addita 1. Tab. III. ellipsis sphaerica, AB et DE sint duae axes internae, C ipsius centrum, e quo describatur supra diametrum AB, qui est axis major, circulus minor $AKBL$, qui axe minore DE utrobique prolongata secetur in punctis K et L. Sit M punctum quoddam curvae AMD, a quo demittantur perpendiculariter in axes applicatae MQ et MP; prolongetur PM usque ad intersectionem N in peripheria circuli. Angulum ACN dicimus *anomaliam excentricam sive amplitudinem arcus* AM elliptici, et pariter angulum KCN dicimus amplitudinem arcus elliptici DM.

Sit semiaxis major $CA = CB = a$, semiaxis minor $CD = CE = b$ et excentricitas $CF = CF' = e$; sit insuper brevitatis causa

$$\text{tang}\, a = \alpha, \qquad \text{tang}\, b = \beta, \qquad \text{tang}\, e = \varepsilon,$$
$$\text{tang}\, CP = x \quad \text{et} \quad \text{tang}\, CQ = y;$$

puncti M situm quantitatibus x et y determinatum esse ita indicamus: $M = (x, y)$. Curvae aequatio est

$$1. \qquad \frac{y^2}{\beta^2} + \frac{x^2}{\alpha^2} = 1. \quad \text{(G. A. S. §. 70.)}$$

Si amplitudine utimur $AN = \varphi$, aequatio haec decomponitur in duas

$$2. \qquad x = \alpha . \cos\varphi \quad \text{et} \quad y = \beta . \sin\varphi.$$

Sit N' intersectio linearum CN et MQ; quia triangulum CQN' est in Q' rectangulum, valet formula $\text{tang}\, CQ = \text{tang}\, CN' . \cos N'CQ$, sive $y = \text{tang}\, CN' . \sin\varphi$, quare est

$$3. \qquad CN' = b = CD, \text{ quemadmodum est } CN = a = CA;$$

circulus igitur radio $CD = b$, e centro C descriptus per punctum N' transit.

---

*) Idem liber multis a me exornatus additamentis, translatus in linguam Franco-Gallicam mox, ut spero, in lucem proveniet opera Mathematici spectatissimi mihi amici.

Quantitates tres constantes a, b, e conjunctae sunt relatione $\cos a = \cos e . \cos b$, quare est

$$4. \qquad 1+\alpha^2 = (1+\varepsilon^2)(1+\beta^2),$$

unde deducimus $\operatorname{tang} e^2 = \frac{\alpha^2-\beta^2}{1+\beta^2}$, $\sin e^2 = \frac{\alpha^2-\beta^2}{1+\alpha^2}$, $\cos e^2 = \frac{1+\beta^2}{1+\alpha^2}$.

In axe minori ED non sunt foci; at excentricitatem adesse $= E$ supponamus; permutatis igitur a et b, sive α et β, obtinemus pariter

$$\operatorname{tang} E^2 = \frac{\beta^2-\alpha^2}{1+\alpha^2}, \qquad \sin E^2 = \frac{\beta^2-\alpha^2}{1+\beta^2} \quad \text{et} \quad \cos E^2 = \frac{1+\alpha^2}{1+\beta^2},$$

quae formulae comparatae cum prioribus edocent, esse

$$\operatorname{tang} E^2 = -\sin e^2, \qquad \sin E^2 = -\operatorname{tang} e^2 \quad \text{et} \quad \cos E^2 = \frac{1}{\cos e^2}, \text{ sive}$$

$$\operatorname{tang} E = i . \sin e; \qquad \sin E = i . \operatorname{tang} e; \qquad \cos E = \frac{1}{\cos e};$$

permutatis igitur duabus axibus AB et DE abit $\operatorname{tang} e$ in $i . \sin e$, $\sin e$ in $i . \operatorname{tang} e$ *et* $\cos e$ in $\frac{1}{\cos e}$.

Permutatis duabus axibus AB et DE amplitudinem φ abire in $\frac{\pi}{2}-\varphi$, arcum AM in DM, aream AMP in DMQ, angulum $AMP = \lambda$ in $DMQ = \lambda_1$, x in y et vice versa, per se clarum est.

38.

Angulus λ, quem applicata PM facit cum circulo maximo, qui ellipsin tangit in puncto M, determinatur formula generali

$$\operatorname{tang}\lambda = \frac{-\partial x \sqrt{(1+x^2+y^2)}}{\partial y + x^2 \partial y - xy\,\partial x};$$

quae, si substituimus $x = \alpha . \cos\varphi$, $y = \beta . \sin\varphi$, $-\partial x = \alpha \sin\varphi . \partial\varphi$, $\partial y = \beta \cos\varphi . \partial\varphi$, abit in specialem

$$\operatorname{tang}\lambda = \frac{\alpha}{\beta(1+\alpha^2)} . \operatorname{tang}\varphi . \sqrt{(1+\alpha^2\cos\varphi^2+\beta^2\sin\varphi^2)}.$$

Pari modo obtinemus formulam

$$\cos\lambda = \frac{\beta(1+\alpha^2)\cos\varphi}{\sqrt{(1+\alpha^2\cos\varphi^2)} . \sqrt{(\alpha^2\sin\varphi^2+\beta^2\cos\varphi^2+\alpha^2\beta^2)}}.$$

Differentiando eruimus formulam

$$\partial\lambda = \alpha\beta(1+\alpha^2).\partial\varphi . \frac{1+\alpha^2\cos\varphi^2+\beta^2\sin\varphi^2-(\alpha^2-\beta^2)\sin\varphi^2\cos\varphi^2}{(1+\alpha^2\cos\varphi^2)(\alpha^2\sin\varphi^2+\beta^2\cos\varphi^2+\alpha^2\beta^2)\sqrt{(1+\alpha^2\cos\varphi^2+\beta^2\sin^2)}}.$$

Formulas has reducamus introducendo excentricitatem e; est primo radicale

$$\sqrt{(1+\alpha^2\cos\varphi^2+\beta^2\sin\varphi^2)} = \frac{\sqrt{(1-\sin e^2 . \sin\varphi^2)}}{\cos a},$$

$$\sqrt{(1+\alpha^2\cos\varphi^2)} = \frac{\sqrt{(1-\sin a^2.\sin\varphi^2)}}{\cos a},$$

$$\sqrt{(\alpha^2\sin\varphi^2+\beta^2\cos\varphi^2+\alpha^2\beta^2)} = \frac{\tang b}{\cos a}\sqrt{\left(1+\frac{\sin e^2}{\tang b^2}\sin\varphi^2\right)};$$

valoribus his substitutis prodeunt formulae

1. $\tang\lambda = \frac{\sin a}{\tang b}.\tang\varphi.\sqrt{(1-\sin e^2\sin\varphi^2)},$

2. $\cos\lambda = \frac{\cos\varphi}{\sqrt{(1-\sin a^2\sin\varphi^2)}\sqrt{\left(1+\frac{\sin e^2}{\tang b^2}\sin\varphi^2\right)}},$

3. $\partial\lambda = \frac{\sin a}{\tang b}.\partial\varphi.\frac{1-2\sin e^2\sin\varphi^2+\sin e^2\sin\varphi^4}{(1-\sin a^2\sin\varphi^2)\left(1+\frac{\sin e^2}{\tang b^2}\sin\varphi^2\right)\sqrt{(1-\sin e^2\sin\varphi^2)}}.$

Si exentricitatem curvae reciprocae designamus per e', est $\tang e' = \frac{\sin e}{\tang b}$, (G. A. S. §. 84.), quare $\tang e'$ in formulis his pro $\frac{\sin e}{\tang b}$ substitui potest. Quia angulum per λ' designamus, quem applicata MQ facit cum linea, quae curvam tangit in M, secundum praecepta articuli praecedentis illico obtinemus formulas

4. $\tang\lambda_1 = \frac{\sin b}{\tang a}\cot\varphi.\sqrt{(1+\tang e^2\cos\varphi^2)},$

5. $\cos\lambda_1 = \frac{\sin\varphi}{\sqrt{(1-\sin b^2\cos\varphi^2)}\sqrt{\left(1-\frac{\tang e^2}{\tang a^2}\cos\varphi^2\right)}},$

6. $\partial\lambda_1 = \frac{\sin b}{\tang a}.\partial\varphi.\frac{1+2\tang e^2\cos\varphi^2-\tang e^2\cos\varphi^4}{(1-\sin b^2\cos\varphi^2\left(1-\frac{\tang e^2}{\tang a^2}\cos\varphi^2\right)\sqrt{(1+\tang e^2\cos\varphi^2)}}.$

Loco $\frac{\tang e}{\tang a}$ etiam $\sin e'$ poni potest; *quare permutatis duabus semiaxibus CD et CA abit et* $\tang e'$ *in* $i\sin e'$, $\sin e'$ *in* $i\tang e'$ *et* $\cos e'$ *in* $\frac{1}{\cos e'}$.

39.

Formula pro differentiali arcus generalis est

$$\partial s = \frac{\sqrt{[\partial x^2+(y\partial x-x\partial y)^2+\partial y^2]}}{1+x^2+y^2}$$ (G. A. S. §. 23.),

si arcum $AM = s$ ponimus, formula abit in specialem

$$\partial s = \frac{\partial\varphi\sqrt{(\alpha^2\beta^2+\alpha^2\sin\varphi^2+\beta^2\cos\varphi^2)}}{1+\alpha^2\cos\varphi^2+\beta^2\sin\varphi^2},$$

quae adjumento excentricitatis e et e' reducitur ad simpliorem hanc

$$\partial s = \cos e.\sin b.\partial\varphi.\frac{\sqrt{(1+\tang e'^2.\sin\varphi^2)}}{1-\sin e^2.\sin\varphi^2}.$$

Si vero arcum $DM = s$ et ipsius amplitudinem $DCN = \psi$ ponimus, permutando duos vertices A et D permutantur a et b, $\sin e$ et $i\,\mathrm{tang}\,e$, $\mathrm{tang}\,e'$ et $i\sin e'$, $\cos e$ et $\frac{1}{\cos e}$, quare formula illico abit in hanc

$$\partial s = \frac{\sin a}{\cos e}.\partial\psi.\frac{\sqrt{(1-\sin e'^2.\sin\psi^2)}}{1+\mathrm{tang}\,e^2\sin\psi^2}$$

cujus integrale revocari potest ad ellipticum tertiae speciei, et quidem ad integrale $\overset{1}{Q}(u,p)$, cui cyclica et natura. Ponamus hunc in finem

$$1. \qquad k = \sin e' = \frac{\mathrm{tang}\,e}{\mathrm{tang}\,a}, \text{ ergo}$$

$$2. \qquad k' = \cos e' = \frac{\sin a}{\sin b}, \text{ et}$$

$$3. \qquad \psi = \mathrm{am}(u,k),$$

tunc enim est $\partial\psi = \mathrm{dn}\,u\,.\,\partial u$, $\sqrt{(1-\sin e'^2\sin\psi^2)} = \mathrm{dn}\,u$ et $\sin\psi = \mathrm{sn}\,u$, quare

$$\partial s = \frac{\sin a}{\cos e}.\frac{\mathrm{dn}\,u^2.\partial u}{1+\mathrm{tang}\,e^2.\mathrm{sn}\,u^2}.$$

Superest, ut argumentum p parametri in integrali

$$\overset{1}{Q}(u,p) = \int_0^u \frac{\mathrm{tn}(p,k').\mathrm{dn}(p,k').\mathrm{dn}\,u^2.\partial u}{1+k^2\,\mathrm{tn}(p,k')^2.\mathrm{sn}\,u^2}$$

determinemus. Ponendum est $k^2\,\mathrm{tn}(p,k')^2 = \mathrm{tang}\,e^2$, sive $\mathrm{tn}(p,k') = \frac{\mathrm{tang}\,e}{k}$, sive $\mathrm{tn}(p,k') = \mathrm{tang}\,a$, et quia $\mathrm{tn}(p,k') = \mathrm{tang}\,\mathrm{am}(p,k')$ est, habemus formulam simplicem

$$4. \qquad \mathrm{am}(p,k') = a,$$

cujus ope argumentum incognitum p e datis a et k' computandum est. Quia est $\mathrm{dn}(p,k') = \sqrt{(1-k'^2.\sin a^2)} = \sqrt{(1-\sin b^2)}$, est

$$\mathrm{dn}(p,k') = \cos b,$$

quare habemus $\mathrm{tn}(p,k').\mathrm{dn}(p,k') = \mathrm{tang}\,a\,.\cos b = \frac{\sin a}{\cos e}$, ideoque pervenimus ad formulam simplicem

$$5. \qquad DM = s = \overset{1}{Q}(u,p),$$

dummodo tria elementa k, p, u ope formularum simplicium modo erutarum computantur. *Integrale* $\overset{1}{Q}(u,p)$ *igitur arcum ellipticum sphaericum repraesentat, quae est ipsius significatio geometrica.* Inventis formulis aliam addimus persimplicem. Est $\mathrm{sn}(K'-p,k') = \frac{\mathrm{cn}(p,k')}{\mathrm{dn}(p,k')} = \frac{\cos a}{\cos b} = \cos e$, quare es

$$6. \qquad \mathrm{am}(K'-p,k') = \frac{\pi}{2} -$$

Si in foco F erigimus perpendiculum FG, quo circulus AKB secatur in G, oritur triangulum rectangulum CFG, quare est $\text{tang}\, FC = \text{tang}\, CG . \cos GCF$, sive $\cos GCF = \frac{\text{tang}\, e}{\text{tang}\, a}$, ideoque

$$7. \qquad k = \cos GCF \qquad \text{et} \qquad k' = \sin GCF.$$

40.

Jam exemplum in numeris finitis proferimus. Sit angulus $GCF = 70^0$, semiaxis major $CA = a = 30^0$ et amplitudo $KCN = KN = 40^0$, computandus est arcus ellipticus $DM = s = \overset{\text{I}}{Q}(u,p)$ e datis quantitatibus tribus

$$k = \sin 20^0, \qquad \text{am}\,(p,k') = 30^0, \qquad \text{am}\,(u,k) = 40^0.$$

Utimur formula $\overset{\text{I}}{Q}(u,p) = u.\overset{\text{I}}{R}(p) + \overset{\text{I}}{N}(u,a)$, sive

$$\overset{\text{I}}{Q}(u,p) = u.E(p,k') + up.\frac{E}{K} - up + \overset{\text{I}}{N}(u,a).$$

Quia vero est $\frac{k}{k'} < 1$ (sive angulus θ articuli 24. est $< 45^0$), adhibenda est series

$$\overset{\text{I}}{N}(u,a) = \text{arc tang}\,(A) + \text{arc tang}\,(B) + \text{arc tang}\,(C) + \text{etc.,}\ \text{positis}$$

$$A = \frac{\mathfrak{Sin}\,\eta p . \sin \eta u}{\mathfrak{Cos}\,\eta K' - \mathfrak{Cos}\,\eta p . \cos \eta u},$$

$$B = \frac{\mathfrak{Sin}\,\eta p . \sin \eta u}{\mathfrak{Cos}\,3\eta K' - \mathfrak{Cos}\,\eta p . \cos \eta u},$$

$$C = \frac{\mathfrak{Sin}\,\eta p . \sin \eta u}{\mathfrak{Cos}\,5\eta K' - \mathfrak{Cos}\,\eta p \cos \eta u},$$

$$D = \frac{\mathfrak{Sin}\,\eta p . \sin \eta u}{\mathfrak{Cos}\,7\eta K' - \mathfrak{Cos}\,\eta p . \cos \eta u},$$

$$+ \text{etc.}$$

Ponamus brevitatis causa

$$m = \mathfrak{Sin}\,\eta p . \sin \eta u,$$
$$n = \mathfrak{Cos}\,\eta p . \cos \eta u,$$

tunc enim est

$$A = \frac{m}{\mathfrak{Cos}\,\eta K' - n}, \quad B = \frac{m}{\mathfrak{Cos}\,3\eta K' - n}, \quad C = \frac{m}{\mathfrak{Cos}\,5\eta K' - n}, \quad D = \frac{m}{\mathfrak{Cos}\,7\eta K' - n} \text{ etc.}$$

Pauca praemittamus de usu harum formularum. Termini seriei A, B, C, D etc. tam rapide convergunt, ut quantitates $\text{arc tang}\,(B)$, $\text{arc tang}\,(C)$, $\text{arc tang}\,(D)$ ob ipsarum exiguitatem non satis commode adjumento tabularum logarithmo-trigonometricarum computari queant; in exemplo proposito jam ipse terminus primus $\text{arc tang}\,(A)$ hoc exiguitatis gradu gaudet;

quare serie utimur notissima $\text{arc tang}(A) = A - \frac{A^3}{3} + \frac{A^5}{5} - \text{etc.}$, qua adhibita est

$$\overset{\text{I}}{N}(u,a) = (A+B+C+\text{etc.}) - \tfrac{1}{3}(A^3+B^3+C^3+\text{etc.}) + \tfrac{1}{5}(A^5+C^5+D^5+\text{etc.}) - \text{etc.}$$

At in plerisque casibus, $\left(\text{quia si est } \frac{k}{k'} < 1\right)$ jam series

$$\overset{\text{I}}{N}(u,a) = \left(A - \frac{A^3}{3} + \frac{A^5}{5}\right) + \left(B - \frac{B^3}{3}\right) + C$$

majorem, quam desideratur, exactitudinis gradum suppeditat. Si $\text{arc tang}(A)$ adjumento tabularum trigonometricarum computatur, habemus formulam

$$\overset{\text{I}}{N}(u,a) = \text{arc tang}(A) + \left(B - \frac{B^3}{3} + \frac{B^5}{5}\right) + \left(C - \frac{C^3}{3}\right) + D.$$

41.

His praemissis praeparatio ad calculum haec est. E tabulis a Cl^mo *Legendre* sumatur

$$p = 0{,}545931919, \qquad \log K' = 0{,}3987297199$$
$$u = 0{,}7016219761, \qquad \log K = 0{,}2095219556$$

$$\log \pi = 0{,}4971498726$$
$$\log K = 0{,}2095219576$$
$$\log \eta = 0{,}2876279150$$
$$\log K' = 0{,}3987297199$$
$$\log(\eta K') = 0{,}6863576349$$
$$\text{ergo } \eta K' = 4{,}85688292$$
$$3\eta K' = 14{,}57064878$$
$$5\eta K' = 24{,}28441463$$

$$\log \eta = 0{,}2876279150$$
$$\log u = 0{,}8461031833 - 1$$
$$\log(\eta u) = 0{,}1337310983$$
$$\eta u = 1{,}360601971, \text{ seu}$$
$$\eta u = 77^\circ 57' 24'', 3022,$$

quare

$$\log \sin(\eta u) = 9{,}9903345832$$
$$\log \cos(\eta u) = 9{,}3194183457$$

$$\log \eta = 0{,}2876279150$$
$$\log p = 0{,}7391384870 - 1$$
$$\log \eta p = 0{,}0267664020$$
$$\eta p = 1{,}063570798$$

$$\log \mathfrak{Sin}(\eta p) = 0{,}1057615801$$
$$\log \mathfrak{Cos}(\eta p) = 0{,}2097720701$$

Calculus nunc ipse persimplex est.

$\log \mathfrak{Sin}(\eta p) = 0{,}1057615801$ $\qquad$ $\log \mathfrak{Cos}(\eta p) = 0{,}2097720701$

$\log \sin(\eta u) = 9{,}9903345832$ $\qquad$ $\log \cos(\eta u) = 9{,}3194183457$

$\log m = 0{,}0960961633$ $\qquad$ $\log n = 9{,}5291904158 - 10$

quare $n = 0{,}3382130932$

$\log \mathfrak{Cos}(\eta K') = 1{,}808313707$

ergo $\mathfrak{Cos}(\eta K') = 64{,}3152122$

$n = 0{,}3382131$

differentia $= 63{,}9769991$

ipsius logarithmus $= 1{,}8060238653$

$\log m = 0{,}0960961633$

$\log A = 0{,}2900722980 - 2$;

hinc deducimus $A = 0{,}0195016922$

$\frac{A^3}{3} = 0{,}0000024722$

$0{,}0194992200$

$\frac{A^5}{5} = 0{,}0000000006$

$A - \frac{A^3}{3} + \frac{A^5}{5} = 0{,}0194992206.$

Terminus sequens multo facilius computatur. Sit μ modulus logarithmorum vulgarium, sive $\mu = 0{,}43429448190\ldots.$; quia $3\eta K' > 12$, est $\log \mathfrak{Cos}(3\eta K') = \mu.3\eta K' - \log 2$; est vero

$3\mu\eta K' = 6{,}3279523629$

$\log 2 = 0{,}3010299957$

$\log \mathfrak{Cos}(3\eta K') = 6{,}026922367$; differentia logarithmica e tabulis $= 408191$

$n = 0{,}338213$

subtrahatur $138055 =$ producto $n.408191$

$\log[\mathfrak{Cos}(3\eta K') - n] = 6{,}026784312$

$\log m = 0{,}096096163$

$\log B = 0{,}069311851 - 6$ [quare $\frac{B^3}{3}$ et C jam negligenda sunt]

ergo $B = 0{,}0000011730$

$A - \frac{A^3}{3} + \frac{A^5}{5} = 0{,}0194992206$

addendo

$\dot{N}(u,p) = 0{,}0195003936.$

Hinc optime perspexeris, quanta sit nostrarum serierum pro $\overset{1}{N}(u,p)$ convergentia. Procedimus ad computum producti $u.\overset{1}{R}(p)$. Quia est $k' = \sin 70^0$ et $\operatorname{am}(p,k') = 30^0$, e tabulis ab III^mo *Legendre* editis sumamus

$$E(p,k') = 0{,}502868042 \qquad \log E = 0{,}1829277427$$
$$p = 0{,}545931919 \qquad \log K = 0{,}2095219576$$
$$p - E(p,k') = 0{,}043063877 \qquad \log \frac{E}{K} = 0{,}9734057851 - 1$$
$$p.\frac{E}{K} = 0{,}515874751 \qquad \log p = 0{,}7391384870$$
$$\boldsymbol{E}(p,k') - p + p.\frac{K}{E} = 0{,}472810874 \qquad \log\left(p.\frac{E}{K}\right) = 0{,}7125442721 - 1$$

$$\text{ipsius logarithmus} = 0{,}6746874561 - 1 = \log \overset{1}{R}(p)$$
$$\log u = 0{,}8461031833 - 1$$
$$\log[u\overset{1}{R}(p)] = 0{,}5207906394 - 1, \text{ quare}$$
$$u.\overset{1}{R}(p) = 0{,}331734999$$
$$\overset{1}{N}(u,p) = 0{,}019500394, \text{ quare}$$

arcus ellipticus $DM = \overset{1}{Q}(u,p) = 0{,}351235393$,

cujus numeri unitas est radius sphaerae. Nunc etiam facillime invenimus longitudinem arcus AM; est enim quadrans $AD = K.\overset{1}{R}(p)$, quia $\overset{1}{N}(K,p) = 0$ est; est vero

$$\log \overset{1}{R}(p) = 0{,}6746874561 - 1$$
$$\log K = 0{,}2095219576$$
$$\log \overset{1}{Q}(K,p) = 0{,}8842094137 - 1, \text{ ergo}$$

quadrans ellipt. $AD = \overset{1}{Q}(K,p) = 0{,}765965861$,

arcus ellipt. $DM = \overset{1}{Q}(u,p) = 0{,}351235393$,

arcus ellipt. $AM = 0{,}414730468$.

Quantitates $\frac{1}{A}$, $\frac{1}{B}$, $\frac{1}{C}$ etc. etiam recurrendo computari possunt; est enim $\mathfrak{Cos}(x+4y) = (2\,\mathfrak{Cos}\,2y)\,\mathfrak{Cos}(x+2y) - \mathfrak{Cos}\,x$; quare ponendo $x = \eta K'$ et $y = \eta K'$, est $\mathfrak{Cos}(5\eta K') = (2\,\mathfrak{Cos}\,2\eta K')\,\mathfrak{Cos}(3\eta K') - \mathfrak{Cos}\,\eta K'$; est vero $\frac{1}{A} = \frac{\cos \eta K'}{m} - \frac{n}{m}$, sive $\frac{1}{A} + \frac{n}{m} = \frac{\cos \eta K'}{m}$ et ideo $\cos \eta K' = \frac{m}{A} + n$, et pariter $\cos 3\eta K' = \frac{m}{B} + n$, $\cos 5\eta K' = \frac{m}{C} + n$; substitutis his valoribus provenit

$$\frac{m}{C}+n=(2\mathfrak{Cos}2\eta K').\left(\frac{m}{B}+n\right)-\frac{m}{A}-n, \text{ sive}$$
$$\frac{1}{C}=\frac{2\mathfrak{Cos}2\eta K'}{B}-\frac{1}{A}+\frac{n}{m}.(2\mathfrak{Sin}\eta K')^2,$$

qua formula utendum est, si seriem pro $\overset{\text{I}}{N}(u,a)$ etiam tunc adhibere volumus si, est $\frac{k}{k'}>1$, quod vero secundum articulum 24. evitari potest.

42.

Ducatur per punctum curvae M linea tangens UMV, quae duas axes prolongatas secet in punctis U et V et eruamus formulas, quibus tangentes UM et VM exprimuntur. Est primo $\operatorname{tang} PM=\operatorname{tang} CQ.\cos PC$, sive $\operatorname{tang} PM=\frac{\gamma}{\sqrt{(1+x^2)}}=\frac{\operatorname{tang} b.\sin\varphi}{\sqrt{(1+a^2\cos\varphi^2)}}=\frac{\operatorname{tang} b\cos a\sin\varphi}{\sqrt{(1-\sin a^2\sin\varphi^2)}}$ et quia $\operatorname{tang} UM=\frac{\operatorname{tang} PM}{\cos\lambda}$ est, pervenimus ad formulam

$$1.\quad \begin{cases}\operatorname{tang} UM=\operatorname{tang} b\cos a\sqrt{(1+\operatorname{tang} e'^2\sin\varphi^2)}.\operatorname{tang}\varphi,\\ \operatorname{tang} UM=\sin b\cos e\sqrt{(1+\operatorname{tang} e'^2\sin\varphi^2)}.\operatorname{tang}\varphi.\end{cases}$$

Permutatis duabus axibus formulae abeunt in

$$2.\quad \begin{cases}\operatorname{tang} VM=\operatorname{tang} a\cos b\sqrt{(1-\sin e'^2\sin\psi^2)}.\operatorname{tang}\psi,\\ \operatorname{tang} VM=\frac{\sin a}{\cos e}\sqrt{(1-\sin e'^2\sin\psi^2)}.\operatorname{tang}\psi.\end{cases}$$

In articulo 39. jam vidimus, esse $\frac{\sin a}{\cos e}=\operatorname{tn}(p,k').\operatorname{dn}(p,k')$, $\operatorname{tang}\psi=\operatorname{tn} u$ et $\sqrt{(1-\sin e'^2\sin\psi^2)}=\operatorname{dn} u$, quare est

$$3.\quad VM=\operatorname{arc}\operatorname{tang}[\operatorname{tn}(p,k').\operatorname{dn}(p,k').\operatorname{tn} u\operatorname{dn} u],$$

et quia arcus ellipticus $DM=\overset{\text{I}}{Q}(u,p)$, secundum articulum 31. est

$$4.\quad VM-DM=P(u,p,k');$$

quare integrale $P(u,p,k')$, *cujus natura est cyclica, differentiae inter arcum ellipticum et tangentem correspondentem aequalis est, quae est ipsius significatio geometrica;* alteram significationem geometricam et quidem simpliciorem mox inveniemus.

43.

Alias vero antea eruamus formulas. Est secundum theorema notissimum $\operatorname{tang} CA^2=\operatorname{tang} CU.\operatorname{tang} CP$, quare est

$$1.\quad \operatorname{tang} CU=\frac{\operatorname{tang} a}{\cos\varphi}\quad\text{et}\quad\operatorname{tang} CV=\frac{\operatorname{tang} b}{\cos\psi}.$$

Hinc primo deducimus

2. $\operatorname{tang} PU = \sin a \cos a . \frac{\sin \varphi^2}{\cos \varphi}$ et $\operatorname{tang} QV = \sin b \cos b . \frac{\sin \psi^2}{\cos \psi}$.

Quia est $\cos U = \frac{\operatorname{tang} PU}{\operatorname{tang} MU}$, est

3. $\cos U = \frac{\sin a}{\operatorname{tang} b} \cdot \frac{\sin \varphi}{\sqrt{(1+\operatorname{tang} e'^2 \sin \varphi^2)}}$ et $\cos V = \frac{\sin b}{\operatorname{tang} a} \cdot \frac{\sin \psi}{\sqrt{(1-\sin e'^2 \sin \psi^2)}}$.

Si e centro C lineam CR perpendiculariter in tangentem UV demittimus, est $\operatorname{tang} UR = \operatorname{tang} UC . \cos U$, sive

4. $\operatorname{tang} UR = \frac{\operatorname{tang} a . \sin a}{\operatorname{tang} b} \cdot \frac{\operatorname{tang} \varphi}{\sqrt{(1+\operatorname{tang} e'^2 . \sin \varphi^2)}}$ et

5. $\operatorname{tang} VR = \frac{\operatorname{tang} b . \sin b}{\operatorname{tang} a} \cdot \frac{\operatorname{tang} \psi}{\sqrt{(1+\sin e'^2 . \sin \psi^2)}}$.

Quia vero $\frac{k'^2 . \operatorname{sn}(p,k') . \operatorname{cn}(p,k')}{\operatorname{dn}(p,k')} = \frac{\sin b^2}{\sin a^2} \cdot \frac{\sin a . \cos a}{\cos b} = \frac{\operatorname{tang} b . \sin b}{\operatorname{tang} a}$ est, formula haec etiam hoc modo functionibus ellipticis exprimi potest

6. $VR = \operatorname{arc\,tang}\left(\frac{k'^2 \operatorname{sn}(p,k') \operatorname{cn}(p,k')}{\operatorname{dn}(p,k')} \cdot \frac{\operatorname{tn} u}{\operatorname{dn} u}\right)$.

Quia vero $VM = \operatorname{arc\,tang}[\operatorname{tn}(p,k') \operatorname{dn}(p,k') \operatorname{tn} u \operatorname{dn} u]$, invenimus formulam

7. $MR = \operatorname{arc\,tang}\left(\frac{k^2 \operatorname{tn}(p,k')}{\operatorname{dn}(p,k')} \cdot \frac{\operatorname{sn} u \operatorname{cn} u}{\operatorname{dn} u}\right)$,

sive in functionibus trigonometricis expressam hanc

8. $\operatorname{tang} MR = \frac{\sin e'^2 . \operatorname{tang} a}{\cos b} \cdot \frac{\sin \psi . \cos \psi}{\sqrt{(1-\sin e'^2 . \sin \psi^2)}}$.

44.

Ellipsis $ADBE$ praeter centrum interius C duo alia habet centra C' et C'' in axibus AB et DE prolongatis sita, quae tum a centro C, tum ab invicem quadrante distant. Demittantur lineae $C'S$ et $C''T$ perpendiculariter in tangentem UV, et eruamus formulas, quibus linearum US, MS, VT et MT longitudines exprimuntur. Est primo $UC+UC' = 90^\circ$, quare $\operatorname{tang} UC' = \cot UC$, sive $\operatorname{tang} UC' = \frac{\cos \varphi}{\operatorname{tang} a}$ et quia $\cos SUC' = \frac{\sin a}{\operatorname{tang} b} \cdot \frac{\sin \varphi}{\sqrt{(1+\operatorname{tang} e'^2 \sin \varphi^2)}}$ est, nanciscimur formulam

1. $\operatorname{tang} US = \frac{\cos a}{\operatorname{tang} b} \cdot \frac{\sin \varphi \cos \varphi}{\sqrt{(1+\operatorname{tang} e'^2 \sin \varphi^2)}}$, quare

2. $\operatorname{tang} VT = \frac{\cos b}{\operatorname{tang} a} \cdot \frac{\sin \psi \cos \psi}{\sqrt{(1-\sin e'^2 \sin \psi^2)}}$.

Hinc adjumento formularum pro UM et VU prius inventarum deducimus

3. $\operatorname{tang} MS = \frac{\cos a}{\sin b \cos b} \cdot \frac{\operatorname{tang} \varphi}{\sqrt{(1+\operatorname{tang} e'^2 \sin \varphi^2)}}$ et

$$4. \qquad \operatorname{tang} MT = \frac{\cos b}{\sin a \cos a} \cdot \frac{\operatorname{tang} \psi}{\sqrt{(1 - \sin e'^2 \sin \psi^2)}}.$$

Formulae 2. et 4. adjumento functionum ellipticarum exprimuntur hoc modo:

$$5. \qquad VT = \operatorname{arc\,tang}\left(\frac{\operatorname{dn}(p,k')}{\operatorname{tn}(p,k')} \cdot \frac{\operatorname{sn} u \operatorname{cn} u}{\operatorname{dn} u}\right),$$

$$6. \qquad MT = \operatorname{arc\,tang}\left(\frac{\operatorname{dn}(p,k')}{\operatorname{sn}(p,k') \operatorname{cn}(p,k')} \cdot \frac{\operatorname{tn} u}{\operatorname{dn} u}\right).$$

E formulis pro VR et VT erutis adhuc deducimus

$$7. \qquad \operatorname{tang} RT = \frac{\operatorname{tang} \psi \sqrt{(1 - \sin e'^2 \sin \psi^2)}}{\cos b \operatorname{tang} a},$$

quare permutatis duobus verticibus est

$$8. \qquad \operatorname{tang} RS = \frac{\operatorname{tang} \varphi \sqrt{(1 + \operatorname{tang} e'^2 \sin \varphi^2)}}{\cos a \operatorname{tang} b}.$$

Formula 7. functionibus ellipticis exhibita est

$$9. \qquad RT = \operatorname{arc\,tang}\left(\frac{\operatorname{tn} u \operatorname{dn} u}{\operatorname{tn}(p,k') \operatorname{dn}(p,k')}\right).$$

Facillimo negotio adhuc complures ejusmodi formulas derivare possemus; adsunt enim sex puncta memorabilia S, U, M, R, V, T in linea tangenti UV, quae quindecim distantiis inter bina sunt conjuncta. Harum quindecim distantiarum unaquaeque amplitudine $\psi = 90° - \varphi$ exprimi potest, quo facto habemus quindecim formulas, quibus arcus cyclici determinantur, qui functionibus ellipticis exprimi possunt. E relationibus inter integralia elliptica tertiae speciei, quae in articulis praecedentibus erutae sunt combinationibus inter se sive alio modo complures aliae derivari possunt, at quaecunque ejusmodi relationes derivantur, sive hac sive illo arcu cyclico e numero quindecim modo dictorum integrale unum reducetur ad alterum.

Exemplo illustremus modo dictum. Demonstrata est in articulo 36. formula 6., sive

$$\overset{\text{I}}{\mathfrak{P}}(u,p,k') + \overset{\text{I}}{\mathfrak{P}}(u,K-p,k') = -\frac{\operatorname{dn} p}{\operatorname{sn} p \operatorname{cn} p} u + \mathfrak{Arc\,Tang}\left(\frac{\operatorname{dn} p}{\operatorname{sn} p \operatorname{cn} p} \cdot \frac{\operatorname{sn} u \operatorname{cn} u}{\operatorname{dn} u}\right),$$

Si in formula hac ponimus pi loco p et factorem i dejicimus, obtinemus

$$P(u,p,k') + \frac{\overset{\text{I}}{\mathfrak{P}}(u,K-pi,k')}{i} = \frac{\operatorname{dn}(p,k')}{\operatorname{tn}(p,k')} - \operatorname{arc\,tang}\left(\frac{\operatorname{dn}(p,k')}{\operatorname{tn}(p,k')} \cdot \frac{\operatorname{sn} u \operatorname{cn} u}{\operatorname{dn} u}\right).$$

Quia vero est $\overset{\text{I}}{\mathfrak{P}}(u,p,k') = \int_0^u \frac{k'^2 \operatorname{tn} p \operatorname{dn} p \operatorname{sn} u^2 . \partial u}{\operatorname{cn} p^2 . \left(1 - \frac{\operatorname{dn} p^2}{\operatorname{cn} p^2} \operatorname{sn} u^2\right)}$, in formula

hac substituendum est $K - pi$ loco p, quo obtinemus

$$\frac{k'^2 \operatorname{tn}(K-pi)\operatorname{dn}(K-pi)}{i.\operatorname{cn}(K-pi)^2} = \frac{k'^2}{i}\cdot\frac{\operatorname{dn}(K'-p,k')}{ik'\operatorname{cn}(K'-p,k')}\cdot\frac{k'\operatorname{sn}(K'-p,k').k^2}{i^2.k'^2\operatorname{cn}(K'-p,k')^2}$$
$$= \frac{k^2.\operatorname{tn}(K'-p,k').\operatorname{dn}(K'-p,k')}{\operatorname{cn}(K'-p,k')^2};$$

quare est

$$\frac{\overset{1}{\mathfrak{P}}(u,K-pi,k')}{i} = \int_0^u \frac{k^2\operatorname{tn}(K'-p,k')\operatorname{dn}(K'-p,k').\operatorname{sn}u^2.\partial u}{\operatorname{cn}(K'-p,k')^2.[1+k^2\operatorname{tn}(K'-p,k')^2.\operatorname{sn}u^2]},\ \text{sive}$$
$$\frac{\overset{1}{\mathfrak{P}}(u,K-pi,k')}{i} = \overset{1}{P}(u,K'-p);$$

substituto valore hoc formula abit in

$$P(u,p,k')+\overset{1}{P}(u,K'-p) = \frac{\operatorname{dn}(p,k')}{\operatorname{tn}(p,k')}.u - \operatorname{arc\,tang}\left(\frac{\operatorname{dn}(p,k')}{\operatorname{tn}(p,k')}.\frac{\operatorname{sn}u\operatorname{cn}u}{\operatorname{dn}u}\right),$$

sive $P(u,p,k')+\overset{1}{P}(u,K'-p) = \frac{\operatorname{dn}(p,k')}{\operatorname{tn}(p,k')}.u - VT.$

Eandem vero formulam facilius eruimus, si in formula 2. articuli 23. ponimus $K'-p$ loco a; tunc enim illico abit $\frac{k^2\operatorname{tn}(a,k')}{\operatorname{dn}(a,k')}$ in $k^2.\frac{1}{k\operatorname{tn}(p,k')}.\frac{\operatorname{dn}(p,k')}{k}$ $=\frac{\operatorname{dn}(p,k')}{\operatorname{tn}(p,k')}$. Integralia $\overset{1}{P}(u,K'-p)$ et $P(u,p,k')$ igitur ope arcus cyclici VT nunc ad se invicem reducuntur

45.

Praemissis formulis praecipuis ad inveniendam curvae quadraturam procedimus. Sit area $APM = f$, tunc est $\partial f = \frac{-y\partial x}{1+x^2\sqrt{(1+x^2+y^2)}}$ (G. A. S. S. §. 36.), quae formula generalis substituendo $x = \alpha\cos\varphi$, $\partial x = -\alpha\sin\varphi.\partial\varphi$, $y = \beta.\sin\varphi$ et $\partial y = \beta.\cos\varphi.\partial\varphi$, abit in specialem

$$(1.)\quad \partial f = \frac{\alpha\beta.\sin\varphi^2.\partial\varphi}{1+\alpha^2\cos\varphi^2).\sqrt{(1+\alpha^2\cos\varphi^2+\beta^2\sin\varphi^2)}}.$$

Adjumento formulae hujus formula pro $\partial\lambda$ in articulo 38. inventa simplificari potest, nam reducendo obtinemus

$$(2.)\quad \partial\lambda - \partial f = \alpha\beta\partial\varphi.\frac{\sqrt{(1+a^2\cos\varphi^2+\beta^2\sin\varphi^2)}}{\alpha^2\beta^2+\alpha^2\sin\varphi^2+\beta^2\cos\varphi^2}.$$

Formulam (1.) nunc reducamus introducto excentricitatem e, quo obtinemus

$$f = \int_0^\varphi \frac{\sin a\cos a^2\operatorname{tang} b\sin\varphi^2\partial\varphi}{(1-\sin a^2\sin\varphi^2)\sqrt{(1-\sin e^2\sin\varphi^2)}}.$$

Ponamus nunc

1. $k_0 = \cos e$ et $k'_0 = \sin e$,
2. $\varphi = \operatorname{am}(v,k'_0) = \frac{\pi}{2}-\psi = \frac{\pi}{2}-\operatorname{am}(u,k)$,

tunc enim est $f=\int_0^v \frac{\sin a \cos a^2 \operatorname{tang} b \operatorname{sn}(v,k_0')^2 . \partial v}{1-\sin a^2 . \operatorname{sn}(v,k_0')^2}$; quia vero est $\sin a > \sin e$ at <1, est $-\sin a^2$ inter limites $-k_0'^2$ et -1, quare integrale hoc ellipticum tertiae speciei est iterum cyclicae naturae (artic. 33.) et ad classem $P(v, q, k_0)$, sive simplicius $P(v, q)$ revocandum est; quem in finem ponimus $\sin a^2 = \operatorname{dn}(q,k_0)^2$, sive simplicius

$$3. \qquad \operatorname{dn} q = \sin a,$$

modulum enim k_0 in significatione functionum ellipticarum argumenti q novi parametri omittere licet. E formula $\sin a^2 = \operatorname{dn} q^2$ deducimus vero ob $k_0 = \cos e = \frac{\cos a}{\cos b} \operatorname{sn} q = \cos b$ sive

$$4. \qquad \operatorname{am}(q,k_0) = \frac{\pi}{2} - b,$$

qua formula argumentum q definitur. Ponamus nunc

$$5. \qquad \operatorname{am}(K_0,k_0) = \operatorname{am}(K_0',k_0) = \frac{\pi}{2},$$

quibus formulis k_0 et K_0' definiuntur. Si signis modo electis utimur, est $\operatorname{sn}(K_0-q) = \frac{\operatorname{cn} q}{\operatorname{dn} q} = \frac{\sin b}{\sin a} = \cos e' = k'$, quare est

$$6. \qquad \operatorname{am}(K_0-q,k_0) = \frac{\pi}{2} - e',$$

qua formula argumentum q alio definitur modo; haec formula insuper formulae 6. articuli 39. simillima est. Quia est

$$P(v,q) = \int_0^v \frac{k_0^2 . \operatorname{sn} q \operatorname{cn} q \operatorname{dn} q \operatorname{sn}(v,k_0')^2 . \partial v}{1-\operatorname{dn} q^2 . \operatorname{sn}(v,k_0')^2},$$

e formulis antecedentibus facillime componimus substituendo

$$k_0^2 . \operatorname{sn} q \operatorname{cn} q \operatorname{dn} q = \cos e^2 . \cos b . \sin b . \sin a$$
$$= \frac{\cos a^2}{\cos b^2} . \cos b . \sin b . \sin a = \sin a . \cos a^2 . \operatorname{tang} b,$$

quare est $f=\int_0^v \frac{k_0^2 . \operatorname{sn} q . \operatorname{cn} q . \operatorname{dn} q . \operatorname{sn}(v,k_0')^2 . \partial v}{1-\operatorname{dn} q^2 . \operatorname{sn}(v,k_0')^2}$, seu

$$7. \qquad f = P(v,q);$$

quare significatio geometrica integralis elliptici tertiae speciei $P(v,q)$ *est ea areae ellipticae sphaericae.*

Ope formulae modo erutae areae APM, ACD et $PMDC$ eadem facilitate computari possunt, qua arcus correspondentes AM, DM et quadrans AMD in articulo 41. computati sunt; quare exemplum in numeris finitis superfluum esse videtur. Formulae ad calculum applicandae sunt

$$\text{Area } APM = -v.M(q)+N(v,q),$$

$$\text{Area } ACD = -K_0'.M(q)+\frac{\pi}{2}-\frac{\pi q}{2K_0},$$

$$\text{Area } MDCP = \frac{\pi}{2}-\frac{\pi q}{2K_0}-(K_0'-v).M(q)-N(v,q).$$

46.

Nunc etiam formulam eruamus, qua exprimuntur area sectoris elliptici AFM, quam per σ designemus. Sit angulus $AFM=\nu$ et angulus $FMU=\mu$; quia angulus $PMU=\lambda$, est angulus $PMF=\mu-\lambda$, et ideo area

$$\text{trianguli } PFM = \mu-\lambda+\nu-\frac{\pi}{2}, \text{ quare}$$

$$\sigma = f+\mu-\lambda+\nu-\frac{\pi}{2};$$

Est vero $\operatorname{tang}\mu = \frac{\cos e^2-\cos a^2}{\sin e\cos e\sin PM}$ (G. A. S. §. 73.), sive

$$\operatorname{tang}\mu = \frac{\sin b^2}{\operatorname{tang} e.\sin PM},$$

quare $\operatorname{tang}\left(\frac{\pi}{2}-\mu\right)=\frac{\operatorname{tang} e.\sin PM}{\sin b^2}$, est vero $\sin PM=\frac{y}{\sqrt{(1+x^2+y^2)}}=\frac{\operatorname{tang} b.\sin\varphi.\cos a}{\sqrt{(1-\sin e^2.\sin\varphi^2)}}$, quare habemus

$$1. \quad \operatorname{tang}\left(\frac{\pi}{2}-\mu\right)=\frac{\sin e}{\sin b}.\frac{\sin\varphi}{\sqrt{(1-\sin e^2\sin\varphi^2)}}.$$

Invenimus porro $\partial\lambda-\partial f=\alpha\beta\partial\varphi.\frac{\sqrt{(1+\alpha^2\cos\varphi^2+\beta^2\sin\varphi^2)}}{\alpha^2\beta^2+\alpha^2\sin\varphi^2+\beta^2\cos\varphi^2}$, sive

$$\partial\lambda-\partial f = \frac{\sin a}{\operatorname{tang} b}.\frac{\partial\varphi\sqrt{(1-\sin e^2\sin\varphi^2)}}{1+\operatorname{tang} e'^2.\sin\varphi^2}, \text{ seu}$$

$$\partial\lambda-\partial f = \frac{\cos b}{\cos e'}.\frac{\partial\varphi\sqrt{(1-\sin e^2\sin\varphi^2)}}{1+\operatorname{tang} e'^2\sin\varphi^2}.$$

Integrale $\lambda-f$ iterum est ellipticum tertiae speciei; quia est $\sin e=k_0'$, est primo

$$\partial\lambda-\partial f = \frac{\cos b}{\cos e'}.\frac{\operatorname{dn}(v,k_0')^2.\partial v}{1+\operatorname{tang} e'^2.\operatorname{sn}(v,k_0')^2};$$

porro est $\cot e'=\operatorname{tang am}(K_0-q,k_0)=\operatorname{tn}(K_0-q)=\frac{1}{k_0'.\operatorname{tn} q}$, seu $\operatorname{tang} e'=k_0'.\operatorname{tn} q$, quo valore substituto provenit

$$\partial\lambda-\partial f = \frac{\cos b}{\cos e'}.\frac{\operatorname{dn}(v,k_0')^2.\partial v}{1+k_0'^2.\operatorname{tn} q^2.\operatorname{sn}(v,k_0')^2},$$

cujus integrale ad formam $Q(v,q,k_0')$ revocandum est, et quia insuper est $\operatorname{dn} q.\operatorname{tn} q=\cot b.\sin a=\frac{\cos b}{\cos e'}$, est

$$2. \qquad \lambda - f = \overset{\text{I}}{Q}(v, q, k'_0).$$

Nota est formula $\operatorname{tang}\frac{v}{2} = \operatorname{tang}\frac{\varphi}{2} \cdot \sqrt{\frac{\sin(a+e)}{\sin(a-e)}}$ (G. A. S. §. 75.), et quia $\sigma = v - \left(\frac{\pi}{2} - \mu\right) - (\lambda - f)$ est, componimus tandem formulam

$$3. \quad \sigma = 2 \cdot \operatorname{arc\,tang}\left(\operatorname{tang}\frac{\varphi}{2} \cdot \sqrt{\frac{\sin(a+e)}{\sin(a-e)}}\right) - \operatorname{arc\,tang}\left(\frac{\sin e}{\sin b} \cdot \frac{\sin\varphi}{\sqrt{(1-\sin e^2 \sin\varphi^2)}}\right) - \overset{\text{I}}{Q}(v, q, k'_0).$$

Formulam 2. brevius e formula 6, articuli 31. derivare potuissemus; secundum formulam hanc enim est

$$P(v,q) + \overset{\text{I}}{Q}(v, q, k'_0) = \operatorname{arc\,tang}[\operatorname{tn} q \operatorname{dn} q \operatorname{tn}(v, k'_0) \operatorname{dn}(v, k'_0)],$$

et si in formulam $\operatorname{tang}\lambda = \frac{\sin a}{\operatorname{tang} b} \cdot \operatorname{tang}\Phi\sqrt{(1 - \sin e^2 \cdot \sin\Phi^2)}$ introducimus functiones ellipticas, est

$$4. \qquad \operatorname{tang}\lambda = \operatorname{tn} q \operatorname{dn} q \operatorname{tn}(v, k'_0) \operatorname{dn}(v, k'_0),$$

et quia insuper est $P(v,q) = f$, formula abit in $f + \overset{\text{I}}{Q}(v, q, k'_0) = \lambda$, quae cum formula 2. est eadem.

47.

Si e centro C describitur circulus maximus, axes AB et CD prolongatas intersecans in punctis C' et C'', puncta haec sunt duo centra externa; ducatur CM, quae circulum $C'C''$ secet in puncto Q' et ponamus

$$\operatorname{tang} C'P = x', \qquad \operatorname{tang} C'Q' = y'.$$

Relatio inter x, y, x', y' exprimitur formulis

$$1. \qquad x' = \frac{1}{x} \qquad \text{et} \qquad y' = \frac{y}{x},$$

unde vice versa esse sequitur

$$1. \qquad x = \frac{1}{x'} \qquad \text{et} \qquad y = \frac{y'}{x'}.$$

Eadem curva $AMDBE$, quae spectata e centro C dicitur ellipsis, spectata e centro C' dicitur hyperbola (idem valet de centris C et C''); sint duae semiaxes hyperbolicae pro centro C' designatae literis a' et b', tunc est $a' = 90° - a$ et $\operatorname{tang} b' = \frac{\operatorname{tang} b}{\operatorname{tang} a}$, unde etiam vice versa sequitur, esse $a = 90° - a'$ et $\operatorname{tang} b = \frac{\operatorname{tang} b'}{\operatorname{tang} a'}$ (G. A. S. §. 76.).

Aequatio hyperbolae est

$$\left(\frac{x'}{\operatorname{tang} a'}\right)^2 - \left(\frac{y'}{\operatorname{tang} b'}\right)^2 = 1.$$

Puncti M situs in ellipsi exprimuntur formulis

$$3. \qquad x = \operatorname{tang} a \,.\cos\varphi \qquad \text{et} \qquad y = \operatorname{tang} b \,.\sin\varphi$$

unde adjumento formularum $x' = \frac{1}{x}$ et $y' = \frac{y}{x}$ sequitur, esse

$$4. \qquad x' = \frac{\operatorname{tang} a}{\cos\varphi} \qquad \text{et} \qquad y' = \operatorname{tang} b' \,.\operatorname{tang}\varphi,$$

quibus formulis ejusdem puncti M situs in hyperbola cujus centrum C' est, exprimitur, et quidem ope ejusdem amplitudinis φ realis, qua in illipsi usi sumus.

Saepenumero e formulis pro ellipsi, cujus aequatio est

$$\left(\frac{x}{\operatorname{tang} a}\right)^2 + \left(\frac{y}{\operatorname{tang} b}\right) = 1,$$

derivamus formulas pro hyperbola, quod duplici modo fieri potest. Si evitamus quantitates imaginarias, permutanda sunt $\operatorname{tang} a$ et $\operatorname{tang} a'$, $\operatorname{tang} b$ at $\operatorname{tang} b'$, $\cos\varphi$ et $\frac{1}{\cos\varphi}$, $\operatorname{tang}\varphi$ et $\sin\varphi$; simplicior vero est usus quantitatum imaginariarum, quibus errores optime evitantur. Permutando in aequationibus duarum curvarum x et x', y et y', a et a', $\operatorname{tang} b$ et $\frac{\operatorname{tang} b'}{i}$, φ et φ', aequationes ipsae permutantur; si vero in formulis 3. easdem permutamus quantitates, oriuntur formulae

$$x' = \operatorname{tang} a' \cos\varphi' \qquad \text{et} \qquad y' = \operatorname{tang} b' \,.\frac{\sin\varphi'}{i},$$

quae comparatae cum formulis 4. edocent, esse

$$\cos\varphi' = \frac{1}{\cos\varphi} \qquad \text{et} \qquad \frac{\operatorname{tang}\varphi'}{i} = \sin\varphi,$$

